REVEREN DO IN CHRISTO PATRI D. Godofrido Brachelio, Abbati Aenamo optime merito, ac suo Mœcenati integerrimo Hieremias Thriuerus S. D.

Scis eam, quę mihi iamdudum cum amico quodam, viro, profecto vtriusq; linguę doctissimo, fuit amica dissentio Mœcenas optime. Is, nisi immemor fueris, imprudentem rogauit, dum nouissime simul conuiuaremur tecum, vtriusnam lateris lesi an illesi in pleuritide venam secarem. Legerat ille ante Petrum Brissotum & Leonardum Fuchsium, hic contra neotericos disserentes, ego vero Louanium nondum habitaram, sed Niuellam nobiliũ magis conuenticulum, q̃ nouarum literarum emporium. quare neq; Petrum Brissotum neq; Leonardum de hac materia disceptantes legeram, nec pręterea vnq̃ aliquem aliũ ambigentem audiueram. Respondi igitur libere, non passim, nec adeo frequenter, sed in pleniori tamen corpore integri lateris me venam tundere, modo scilicet neq; ętas, neq; alia corporis cõditio impediret, nec dũ etiam tota iã materia decubuisset. At ille grauiter instare, vehemẽter damnare, nusq; admittere, & quod plurimũ me terrebat, adiecit hũc errorem omnium Parisiẽsium vno ore, vno theta dãnatum, p quos medicinã plurimum adiutã negare non possum, plurimaq; quę hactenus latuerunt, fateri debeo esse inuẽta. Attamen in hoc eos cõsensisse, neq; tũ mihi persuade

ſuadere potui, necꝫ adhuc poſſum. Quicquid tamẽ ſit, cũ eius ſectę authoribus nũc ago, & Pariſienſiũ arbitrium in quiro, & ne tui õnino videar oblitus, noſtrę diſceptatiõis ad te mitto exẽplar, excuſum typis Rutgeri Reſcij profeſ ſoris Gręci. Qđ ſi paruũ videatur, atqꝫ te indignũ, paratũ eſt mihi iuxta vulgarẽ excuſationẽ dicere, animũ meliora lõge velle. At dicet aliquis, bona precari multo expeditius eſt ꝙ polliceri, cuius tamẽ apud Ouidium inanis ridetur gratia, nec vulgo pẽdũtur beneficia, adeo vt aliquis verius ꝗ Ouidius dicere poterit.

Pollicitis aliquis, re nullus diues, inani
 Alterius voto quilibet eſſe poteſt.

Quid faciam? in hoc non ego tãtum, ſed & ſtudioſi plane omnes ſunt infœlices, in quibus animi benignitas corpo ris fortunis ſuperatur, & ſtudiũ erga amicos extenuatur. Literarꝫ prętere a (apud quos aliqua eſt) gratia obſcurať. Vnde recte dictũ eſt ab Ariſtotele, nõ ſolum nihil nõ poſſe ꝑclare fieri, ſed nec dici ab eo cui deſunt facultates, necꝫ ta mẽ tã modica hęc æſtimari debẽt, a quibus (ſi vera) licet exiguis multorꝫ depẽdet ſalus, multorꝫ ꝑuerſa dilueť per-ſuaſio. An vera ſit, ego nõ decerno, veriſimilia tamẽ puto, quod reliquũ eſt cẽſurę, medicis alijs, ꝓceptoribus meis Lo uaniẽſibus, ac Pariſiẽſibus, totũ ꝑmitto. Mihi enĩ nequaꝗ cõtumelioſum videť a doctis docte modeſteqꝫ carpi, ſed rur ſum ab indoctis ſupbior ſum ꝗ vt ferã. Quod ſi curioſus ali quis fortaſſe quærat, cur hũc cõmentariũ ſcripſimus? Iam occaſionẽ ſatis indicauimꝰ. Cur etiã reſpõdere nõ poſſem qđ totũ medicorũ genꝰ & philoſophorũ reſponſurꝫ eſſet, ut prætereâ comicorũ luſus, tragicorꝫ luctus, poetarũ fabulas, quorũ oĩm grauiſſimos uiros nõ puduit. At illos laudabit, nos uero damnabit, aliã illorꝫ, aliã meã interpretabitur mẽ tem. Verum unũ is hãc didicit? certe cõtumelioſus ẽ. Quid

queſo

quęso in nobis causat? Ex temeraria quadã glã hęc nos scri psisse arbitror dictur⁹ est. Sed ne hęc qdẽ grauis obiectio ẽ, multo eñ pulchrius est ea glã ad laborẽ irritari, q̃ ea contẽ pta desidere, ac multa inertia torpere, nihil oĩno boni capes sere. Cur etiã nõ poti⁹ in his annulos, in aliis alia ĩsignia ri det, quę oĩa longe ꝓximi⁹ ad ostentatioẽm, ad glãm magis spectare uident, q̃ literarũ decorẽ. Alius nõ gloriosum mõ, sed et temerariũ ęstimabit, q et doctissimorꝝ hoĩm tentẽ re fellere snãm, & etiã antiqꝝ in multis corrigere opinionẽ. At ita me docuit Aristoteles, docuit Galenus nulli heresi animũ addicere, ĩ oĩbus libere veritatẽ sectari, nec sustinuit in oĩbus Galenus Hippocratẽ, nõ etiã Galenum Auicẽna. Nihil igitur curo, si quis albo me coruo deĩceps cõparet, qñ hoc idẽ in multo me doctiores dici potest. An vero temera riũ sit, veritatẽ ĩquirere, de aliorꝝ opiniõe ãbigere: nũc vel ob hoc absolui mereor, qui nõ tam quid cẽseã cõtẽdo q̃ alio rũ sentẽtiã ĩquiro. Mea rursum nõ recipi, sed æstimari tñ cupio. Ex ãtiquis q̃tũ possum cõtra alios veritatẽ mõstro. Dicet alius, ita oĩm in te cõuertis spicula poti⁹ q̃ oculos. nõ dubito. Quid eñ aliud nostra vita q̃ ꝑpetua tragędia, citra quã si cõtigerit alia, plane ĩfœlix ẽ & sterilis vita. Vix eñ qcq̃ bñ auspicari licet, cui nihil obstet, cui nõ detrahat statĩ inscitia & ĩuidia, duę ꝑfecto literarię pestes maximæ. Ve rũ horũ atq; aliorũ malorꝝ assultus, multũ molestus esse desi net, si iuxta sacrarũ literarꝝ, quę mẽtiri nõ possũt, admoniti onẽ fuerit eminus ꝓspect⁹. Generosi etiãnũ animi erit, & nequaq̃ ĩ strẽnui, nõ solũ his leuibus strepitibus nõ cedere sed neq; deterreri, imo multo magis aiãri, ac contra audẽ tius ire. Iã eñ argumẽtũ ẽ queuis fecisse bene cũ alius ĩter ꝑtat male, nusq̃ adest calũnia, vbi deest gloria. Aliorꝝ etiã nota ĩdignũ, quod ex se euidẽs est. Immodestũ ac morosum ꝑterea iudicabit alius, qui alterius snĩæ raro accedã, meæ

 vero

vero oĩa indulgeã. Vtrũ vero morosi⁹ veritatẽ ĩquirere, an ĩnquirẽtẽ ruditer retrudere. Vter plus sibi tribuit, an q̃ ab aliorũ interĩ dictis recedit, an qui ne ꝟbũ, ne vnũ quidem apicem suis dogmatibus detrahi patitur? Nihil ad te, inq̃t alius, res tua non agitur, famę periculum facis, nec lucrum vllũ. Imo vtcũq̃ euenerit, ego plures hac re iuuabo. Si vicero, ꝑuersam multoꝝ opinionẽ emẽdauero. si cessero, adhuc tñ vicero, nã & ego & multi adhuc alij, qui nondũ a veteri discesserũt opiniõe, cũ illis veritatẽ suscipiem⁹, atq̃ hoc mõ tũ mihi, tũ mecũ sentientibus plurimũ rursum lucri fecero. Nec medici soli, sed & alij quidã μεγαλοφρονοῦντες hos nr̃os labores facile damnabũt, apud q̃s nihil tã male audit, q̃ oĩs iuuenũ conat⁹. a quibus quicquid pręstatur sine discrimĩe ab illis contẽnitur. & rursum quicquid ab inueterato aliquo nugatore fit (cui iãdudũ oĩbus sua obtrudendi cõcessa est facultas, cuius in precio temere habita est authoritas) sine delectu approbat̃, & quasi ex Apollinis tripode certissimũ recipitur. Nec miꝝ, qñ longo iam tp̃e in iocũ uenit, ac prouerbiũ, ei⁹ stultitia, qui nihil nisi magnũ in suã familiã admitteret, nõ seruos nisi magnos, ancillas etiã nõ nisi magnas. Atq̃ illos ego similiter demirabor, si nõ et calceos ueteres, calopodia uetera nouis pręferãt. Nã q̃ antiquũ uinũ nouo pręferant, nõ miror. Veruntñ si a iuuene, uel paꝝ literarũ studioso nihil dictũ ferant, q̃ mõ ab holitore interĩ iuxta prouerbiũ opportuna lubenter audiẽt? Contra hos liberior aliquis, ac erga iuuenilẽ ętatẽ iustior, oĩm putabit se nec tã infœcũdam, inutilẽ, quoꝝ iuuentus non fuerit bene auspicata, uel insigniter exercitata. Hactenus alij, ita etiã monuerũt amici, cõmodius facturꝝ, si hominũ assentationĩ me accõmodarẽ q̃ ueritati recta insisterẽ. paꝝ absuit quin dixissent me plus lucri ex ignorantia facturꝝ q̃ sciẽtia, nec illud dicere, debebãt uereri. quoniã ante eos idẽ conquest⁹

est

est Galenus. Melius ergo alij ita exceperunt. Studium nō
damnamus, sed eam ingenij libertatem incommodam cē-
semus, ꝙ hac plurimos offendis, ac etiam, quibus alioquin
tibi opus erat, patronos. Mirum profecto, omnes tam fa-
cile insanire. Nam si (quibus cum ego congredior) sine
honoris titulo turpiter ac insolenter illos notarem, quod
multi ante me fecerunt, quibus in animo quis dicat esse
magis mordere q̃ docere, merito recriminādus uenirē. At
si noster elenchus magis illorū arguat eruditionē q̃ errorē,
nōne merito illoꝝ literis gratulari magis uidebimur, q̃ ho
noris merito detrahere? Atq; hi tn̄ excusari forte poterūt.
Si uero præterea & senes indignenт, socij inuideant, impi
ti contēnant, nunqd potius ingenioli nr̄i plane exigui prę
cocitate q̃ alia occasione aliqs dixerit offensos? Credo etiā,
si perpetuo mutus tacuissem, ac pręterea obsurduissem, il-
los nunc non minus ringi. Nulli ergo horum cedendum
duxi. Vicit enim hic me Hermolai Barbari sentētia, certe
urgentissima, qui eos, qui in aliorum gratiam, aliorum dis
simulant errores, magis æstimauit posteris inuidere q̃ an-
tiquis parcere. Hoc etiam plurimum me consolatum est,
ac omnino persuasit, quod nequaq; hic mihi cum huiusmo
di medicorum sophistis ac simijs contētio sit, sed cum his,
qui præter ueritatem, nullam ambitionem colunt. Quis
putabit omnes lolio uictitare, uel omnibus animum uicia
tum esse. Mirum profecto, si non sit aliquis πολλῶν ἀντά-
ξιος ἄλλων, qui nostras lucubratiunculas boni consu-
lat. Alios non adeo moramur, quando his semper multo
facilius est benefactum male, quam male factum bene in-
terpretari. Nec enim est dubium quin multo pluribus
q̃ diximus modis, hos meos labores calumniabuntur.
Tu saltem boni consule Mœcenas optime, neq; pigeat ra
tionum mearum finem audire, qui non illubens earum au
diuisti

diuisti principium. Cęterum quia hæc parum ad te specta re alicui videri possint, alium adieci commẽtarium (in quo res tua pręcipue agitur) vt facile intelligeres, quantum etiã absens absentis valetudinem curem, vtq; tui erga me studij fauorem excitarem, nec extingui sinerem. Victũ in pręseruationem arthriticę affectionis tibi mitto, quando nihil habeo aliud quod putem tibi fore gratius, aut quo de te amplius bene mereri possim. Accipe ergo hunc qualẽcũq; tui Hieremię animum, nõ dico munus. Iuxta hoc tamen ualetudinẽ tuam diligenter cura, vt efficaci longoq; illo tuę hu humanitatis, simplicitatis, ac humilitatis exemplo, eos in omni sanctimonia confirmare possis, quos tua prudentia nõ sine magno vestrarum rerum impendio, sed cum maximę apud Deum mercedis expectatione in melius vitę statutum redegisti, & ego præterea tuo liberali patrocinio diu frui possim, cui nescio an sanguine, an beneficijs, beneficijs certe magis sum deuinctus, vt qui nunquam inter sacros medicinæ candidatos haberi sperassem, nisi liberalissime tua mihi munificentia succurrisset. Vtraq; ex causa totum me tibi debeo. Perpetuũ igitur vale, & de tuo Hieremia, ut cepisti, bene mereri, ac mutuo amare perge. Ex Louanio 6. Kal. Mar.

An. M. D. XXXII.

HIEREMIAE

Thriueri Brachelij, medici Louanienſis de miſſione ſanguinis in pleuritide ac alijs phlegmonis cum Petro Briſſoto & Leonardo Fuchſio diſceptatio ad medicos Pariſienſes.

Vehementer ego uobis gratulari debeo uiri ornatiſſimi, uobis plurimum debet ſtudioſa iuuentus, qui neſcio an maiori labore an fructu uberiore Hippocratem & Galenum, duos medicinæ antiſtites reuocaſtis. Hoc ſcio nō minori negotio q̃ Hercules Cerberum ad ſuperas reuulſit auras, antiquam medicinam in ſcholas ueſtras retraxiſtis, nec minori inuidia. tantæ molis erat, tanti operis, ex altiſſima Græcia Romanam quaſi poſtliminio quodam reducere medicinam, nec uicturos tamen diffidite, nam ſi Hercules nondum deus, immortalis deæ inuidiam laboribus fatigare potuit, uos, quorū per omnia ſæcula famam nec poterit ferrum nec edax abolere uetuſtas, uos dico immortales, mortalium contumeliam, iniuriam, inuidiam ſuperare quare non poteritis? Atq; adeo quid tā uiciſſe dubitatis, qui nedum aliquot in ueſtri inuidiā prouocaſtis, quod fauentis, proximæq; uictoriæ eſt argumentum, ſed propemodum uideo, omnes in inacceſſibilis ueſtræ gloriæ ſtudium rapitis, non inſtrennuum in primis ducem Linacrum ſecuti, qui in hanc arenam cum Theodoro Gaza & Georgio Valla fœliciſſime eſt auſus primum deſcendere, cuius gloria non diſſimilem in Italia excitauit Leonicenum, uirum undecunq; doctiſſimum, in medicina profecto Herculem. ut dicere neſcias, an Hercules Athlanti, an Athlas Herculi uicem præbuerit. Certe is multo fœcūdior, ut qui non unum, ſed in Italia plurimos Leonicenos, Manardos, in Gallia etiam ueſtra Copū ad idem certamen prouocauit, cuius rurſum fructus multo longe uberrimus, ut qui non unum, non duos, ſed quemadmodum fœcūda illa breuiſq; Iaſonis ſatio armatos plurimos gregatim uos ſuſcitarit, qui antiquam medicinam tutari certatis, ſitu ſqualentem, obſcuram, conſpurcatam illuſtratis, & qua oportet genuina, hoc eſt diuina rurſum facie effigiatis. Pergite

igitur, quando proculdubio eo uocati estis, barbarorum uitijs eam uindicare medicinam omnium scientiarum optimã, maximã, antiquissimã, difficillimã, cæterarum hactenus artium pditissimam, mẽdosissimã, obsoletissimam, omnibus suis mẽdis eluere, neq; unq̃ a tam honesto, tam necessario opere, per Deũ immortalem cessetis, donec tetricum illum suum uultum deposuerit, & antiquam prorsus alacritatem obtinuerit, id dico q̃ clarissima, q̃ emendatissima euaserit, nescitis quam gratam, quam desyderatam medicis, atq; adeo mortalibus omnibus rem facitis, quantã uobis gloriam cõparatis, certe maximã, multo tamen apud Deum maiorem (qui medicum ob hominum necessitudinem atq; ineuitabilem miseriam cæteris professoribus præfecit omnibus) habituri, atq; eo præterea ampliorem ac ditiorem, quo uiri aliquot non modo acceptum beneficium non amant, sed plane contemnunt, quibus ut imprecandum nihil mali est, ita summopere rogandum, ut Dij illis propriã dent mẽtem, aut fortassis meliorem, ita nobiscum suorum errorum mallent admoneri q̃ imprudenter posthac hallucinari. Quis enim nescit ignotissima quædam p cognitissimis hactenus habita, pro commodis incommoda, & pro salutiferis insalutifera. Prætereo nõ pauca p sæculi iniuriam literarum omnium nouercam non sine magno humanæ salutis dispendio peruerse intellecta, quod iam Petrus Brissotus, & Leonardus Fuchsius, ac alij de missione sanguinis in pleuritide, atq; in omnibus internis phlegmonis ausi sunt dicere.

Quod si tantus in re tam euidenti multis sæculis error trahi potuit, nullis animaduersus, quot tenuiores in re obscuriori multis clam insidiatos hactenus latuisse coniecturabimur. Certe ab uno omnia facile erit discere, sæpissime hanc neotericorum medicinam ab ea, quæ Hippocratis & Galeni est, euariasse, & maiori sæpe detrimento quam remedio fuisse audax aliquis audebit dicere. Non mirum igitur si non ego tantum, sed & plurimi alij antiquæ ueritatis æmuli, & humanæ, ut decet, salutis studiosi, de recentiorum medicorum erratis uos disceptantes audiamus libenter, & (qđ malus aliquis temerarium putet) de sanguinis missione in his quas diximus inflammationibus cum Petro Brissoto & Leonardo Fuchsio, hominibus profecto literatissimis digladiari, aut fortassis magis ambigere quam certare audeamus, uobis dico arbitris, quorum eruditio integrior, ac in commune bonum beneuo-

lentia maior,

lentia maior, quam ut in re tam periculosa cum ueritatis detrimento alicui hæresi ferat patrocinia. Cōsyderemus igitur si illorum omnino uicit opinio, illis sane duntaxat adhuc persuasit, qui uel recenter admodum sacris medicinæ literis sunt initiati, uel alioqui artis Galeni magis sunt studiosi. Cæteri nec pauci prioris sæculi tenaciter profitentur consuetudinem, neotericorum insequuntur praxim. Quam suspectam tamē et ꝙ ancipitem, ꝓpriam opinionem illis fecerint, Brissotus & Fuchsius, argumento est, ꝙ nullus dū illis responderit, & quo decuit elencho, rursum illorū rationes infregerit, seu certiores ac urgentiores, seu futiliores aut incertiores, ꝙ quas tentarēt existimarint, illud mihi dicere est religio, neq; ego enim unꝙ tam seditiose, tam impie ꝙ fortassis hoc nomine male audio in priorem ætatē cogitaui, putemq; nō multo minora hāc ꝙ præsentem tulisse ingenia, quæ ut nonnihil ex temporis inopportunitate nō defiteor fuisse uitiata, ita ꝙ sub his extiterint tēporibus, neq; illorum improbitate integre fuerint aboleta magis admiranda, hoc ego etiam nequaꝙ dicere possem, quando priorem sectam longe modestiorem mihi persuaserim quam quæ de huiusmodi uiris & literatissimis & de re medica optime meritis tam indigne sentiat, neq; si hac in re uiri scientissimi negligenter tulissent plurimos non leuissimæ eruditionis, grauissimæ authoritatis, faciles haberent sequaces, hoc est (si ausim dicere) non plurimas medicorum scholas in suam sententiam tam molliter duxissent. Mihi tamen (si uerum fatear) nondum omnis exemptus est scrupulus, non ꝙ aliter didicerim, nam semel penituisse satius est, atq; ut hac me semel suspitione purgem, nullam usquam inscitiam præter eam, quæ cum scientia & pertinatia est, uehementer damnandam censui unꝙ, subijtq; pluries multa illorum admiratio, qui intellecto errore nondum resipiscerent, recta monentem, ne errasse deprehenderentur, non ferrent, nā si homines esse nō pœnituit, errasse adeo puduisse non debuit, sed tam audacter uero obstitisse, hoc tantum hominibus indecorum fuit, adeo nunc sui amantibus, tam proterue sibi indulgentibus, ut (quo etiam nomine Galenus huiusmodi pertinaces demiratur) patriæ quam sectæ suæ proditionem æquius tolerent. Nec aliud inquit Galenus in causa est, quam quod discipulis, lucro, honore destitui uereantur, sed turpe nimis est atq; illiberale, ob proprium bonum publico illudere. Nec rursum tota illarum authoritas pessum it, si in uno reprehēdatur.

Adeo in omni re literaria preſertim medica nonnihil deſyderatur, & a doctiſſimo quouis aliquid, uel quaſi corrollarium ſaltem ſuperadditur, nec ab uno omnia explicantur. non ſi infinita eſſet iuxta Ariſtotelem *ſæculorum ſeries, non ſi infiniti* Ariſtoteles, Platones, Galeni *uel* Hippocrates, *tantũ abeſt ut illis accedam, qui nimis arctis limitibus literas cogentes, nihil putant poſſe adſcribi quod ab altero antea non ſit commentum, imo ſapientiæ immenſus eſt theſaurus, literarum infinitus abyſſus.* Bono igitur animo *ſimus, ſi non omnia tenuerimus, ſi non ubiq; uera, nam erroris periculum ſuam ſecum abſolutionem confert, abſoluit nos infinita ſcientiarum capacitas.* Iam *dico nos abſoluit literarum difficultas, & ut meæ facultatis profeſſorum puſillanimitatem & calumniam amplius diluam, ſæculi prioris infelicitas.* Quare *uel ob hoc reprehendentem etiam expectamus potius nobis compœnitentem quam cõtumelioſum, quod eundem ferme antea habuerimus contractæ ruditatis conſortem, quem nunc cenſorem.* Exemplo *ergo illorum confectas uetuſtatis reliquias excutiamus, & uiciſſim cedamus.* Ego *profecto tantum polliceor, omnibus meæ artis ambitioſis, in deprehendendis his qui mihi cum neotericis ſcriptoribus longo tempore communes fuerunt, errores ſuperari gaudeo, nec uitium duco, magnam partem in hos, maximam in prioris tempeſtatis fortunam reijcio, qua uel fœliciſſimis ingenijs fœliciores magiſtri non contigerunt.* Hæc *ſum præfatus, ne qui aliter didicerim, aliter ſentientibus refragari uidear.* Quandoquidem *multo me magis monere poſſet uno omnium hactenus conſenſu, ſingulorum experimentis collaudata conſuetudo, a qua ſi quando temere tamen nunquam recedendum, accedente preſertim approbati eius uſus dexteritate, quæ uel alioqui unica* Galeni *ſomnium ratum facere ſatis erat.* Nec *poteſt* Petrus Briſſotus *(quamuis id multis conetur experimentis, atq; in uno anno ducẽtis) eius fœlicitati derogare, quemadmodũ poſtea oſtendemus.* Hæc *dico aliquem uehementer moueret poſſent, ſed illud plus animabit (non profecto ad contradicendum, ſed ueritatem ipſam ante oẽs amiciſſimam contumelia uindicandam) rationũ, quas habent, tenuitas, quæ mea quidem ſententia irritæ ſunt, aut nihilo ſecius noſtrã quam illorum aſtruunt opinionem, illos ſæpius dico quam nos conficiunt.* Verum *his miſſis, fateor ita* Hippocratis, *magis etiam* Galeni *urgent authoritatibus, ut quiduis eorum quæ hactenus diximus contra adferre ſtatim audiamus pertinacius eſſe*

tinacius esse quam efficacius. Oportet igitur clauum clauo trudere, hoc est, eorundem authorum alia in nostram sententiam patrocinia, multoq; plura q̃ illi contra adferre, sic enim non minus illis quã ipsi nobis negotium facesse mus, hoc etiam modo & commodius & clarius consequemur nequaquam adductas authoritates, sed illorum duntaxat commentationes nobis aduersari. Incipiamus igitur a Galeno decimotertio therapeutices, qui non semel, sed bis ad partes quæ maxime longinquæ sunt, non aliquando, sed semper auersionem facere iubet, æstimata scilicet phlegmones magnitudine, & totius corporis statu nequaquam temere adiectum, quod citra hæc & ex aliis detrahere, & ex proximioribus deriuare liceat, quare & ea nos ubiq; intellecta, si non dicta uolumus, imo & sub his citatæ fluxionis impetum compre hendimus. Hic igitur statim impingunt, & tanquam turbati alio diuertunt oppositam uenam, ea quæ eiusdem lateris est affecto lateri semotiorem negant. Ego hic multum altercari nolo, nam latus a latere distare nemo ignorat, & rursum dextram insectam uenam ad dextrum, non autem sinistrum latus (quicquid potest) reducere nemo etiã puto est qui nesciat, imo & ipsos tandem sui oblitos (quod maximum est erroris argumentum) eam quæ eiusdem lateris est coniũctiorem cõtingit dicere. Hac igitur media uia ingressos dum se non satis tutos uident, alio deflectunt, similes his, qui dum in triuio existẽtes recta ire neglexerunt, aut etiã contempserunt, uicissim utrinq; declinant, nec tamen quo uolunt breuiter peruadunt, utraq; infeliciter errant. Ita & illi nunc priore uia relicta ad alteram recurrunt. Huiusmodi admoni tiones non ad phlebotomiam sed purgationes tantum referri contendunt. Ad quam distinctionem q̃ male confugiant, ego uobis recensendum relin quo. Quisquis non admodum cecutiuerit altero loco, ubi Galenus reuulsionẽ in maxime longinquum præcepit non solum laudatæ purgationis, sed & fri ctionis, & sanguinis missionis adiecta ibidem exempla uidit. Altero uero loco non modo purgationem proximam, sed & prouocationem omnem uicinam damnatam annotauit. Hæc ergo donabũt, sed quod ad summas illas præ ceptiones omnia hæc referantur non concedent. Num igitur Galenus sui tã facile immemor? num aliquid præter propositum, præter rem dixit? Certe si Galeni æmuli sint, de eo cui omnia tribuũt, tam male sentire non debebãt, potius erat profiteri se eorum præceptorum sensum non assequi, quam exem

 plorum rati

plorum rationem peruertere. Nec dubium quin eos fefellerit nominis maxime longinqui ambiguitas, nec hos tantũ, sed & neotericos alios, qui parum seruato eius uocis significatu, toto cœlo aberrauerunt, tanquam ij qui sine remis uelisque nauigant. Hi quidem in pleuritide dextra non sinistrum non sursum non deorsum, sed oppositum crus metiebantur maxime longinquum, tot facientes oppositionum differentias, quot plenitudinis modos. Illi uero de purgatione sola ea præcepta audiuerunt, si tamen tam anxie eius nominis maxime lõginquum extremam significationem hic seruari uoluerunt, hoc intelligere illos oportuit, iuxta hãc, reuellendi rationem sæpe fortassis impossibilem esse, sæpissime parum efficacem esse, certe in purgationibus, quam sanguinis missionibus, dictu factuq; magis difficilem, ad pedes scilicet a summo forsitã uertice (atq; hoc est si quid aliud longissime) licebit interim reuellere. Nonne tamen maxime ridiculus erit qui id uellet inquirere in purgatiõibus? imo & illud amplius cogitare debebant a Galeno minus bene dictum esse frictionem inferiorum quæ supra uergunt longissime auellere, nisi ipsos pedes malleolosq;, non autem poplitem prehendi intellexerint. At neq; eos rursum, qui e directo sunt, sed qui his ex aduerso positi. Adeo uerissime ab Aristotele dictum est, uno incommodo aut ignoranter aut imprudẽter cõfesso, plurima imminere. Atq; ita cõsyderãtibus hoc facile in mentẽ illis uenisset, quod ea hic maxime longinqua uocauit, quæ in quinto therap. sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum dixit, quæ ibidem etiam longinqua appellauit, eisdem exemplis explicauit, ac contraria nominauit. Quid ergo nunc dicent? quid precor aliud q̃ pertinaces solent, qui quiduis magis parati sunt maledicere, euidentibus reclamare, q̃ uero patiantur se redargui. Periculũ ꝑfecto est, ne tantũ sint ꝑtinaces, ut neq; in longinquũ neq; in cõtrarium a phlebotomia reuulsionem fieri deinceps admittant. Verum hic manifeste eos redarguit quinto therap. Galenus, ubi inquit. Auertitur autem sanguis, atq; ad alia membra conuertitur tum ad proxima deriuatus, tum ad contraria reuulsus, & ne forte de cucurbitulis aut scarificatiõibus hæc tantũ dicta putent, paulo item clarius ostendã ex eodem Galeno therap. uolumine quarto. Is posteaq̃ Hippocratis præceptũ de reuellente purgatiõe iustis exemplis fusius explicauit (quam neq; hi, nisi ꝑ distantissima tute obiri concedũt) intulit, ac si perpetuum est quod ab Hippocrate didicimus incipientem fluxionem ad

onem ad contraria trahendam esse, fixam uero iam in laborante particula uacuandam esse, uel ab ipsa particula quæ affligitur, uel a maxime uicina in promptu nobis est, & de detractione sanguinis colligere nūc est, quod in principio hæc e lōginquo, postea ab ipsis exulceratis partibus sit moliēda. Iā igitur nemo nisi impudēs aut stupidus idē de duobus datū præceptū ambiget. Vna igitur ad hæc Galeni curationem ostendam, nec uerbum amplius addam, manum exercitatam uinculis comprehensam, aut aliter uiolēter tractatam, a crure affecto q̃ longissime admittūt auertere, creduntq; extremæ reuulsionis extremum hoc esse exemplum, uerum Galenus libro de phlebotomia, crure inflāmato nō solū brachiū uinculis corripit, sed cubitū quoq; secat. iam ergo arbitror nullus etiam si stupidus, si saxeus sit, phlebotomiam non secus q̃ purgationem longissima requirere ignorabit, quod quorsum euadet paulo post enotescet. Nunc quod communi authoritate probauimus, communi etiam ratione fulciamus, quæ profecto utrisq; una ac eadē est. Nec enim e uicino purgatio tantū, sed & incisio aliunde materiā ad locum affectum rapit quo nullū est præsentius, neq; aliud malum exitiosius, alioqui quorsum a coniunctiore caueremus retrahere, de uenarum nempe proximarum tenuitate adducta ratio præterq̃ qđ aliena est, nec ubiq; locū habet. hac enim de causa nusquam crus q̃ cubitus cōmodius auerteret. Non etiam unū crus q̃ alterum potius aliquando quæreretur, id tamen alicui fortasse ferendū uideretur, hoc uero nullus lubēter audiet purgationē p distantissima obeūdam, nō qdem quod ita ex usu partis affectæ sit, sed quia natura ita sunt cōparata huiuscemodi purgationis extrema ut aliter fieri non possit, non solum, hoc est, a Galeno sed & Hippocrate, omnem assignatam auersionis rationē auferre. Non fuit nobis tam molestus, tam difficilis Cornelius Celsus, nec enim eas antiquorum de reuulsione in maxime longinquum præceptiones a phlebotomia separauit, atq; in hoc Petro Brissoto & Leonardo ueracior, sed nō recepit, in quo his audacior, quod tamē cum antiquis solo nomine pugnet, nec præceptorum ratione. ex hoc liquet quod ibidem dicit. Si quod in humero uitium est, ex altero brachio detrahendum esse usum docuisse, uerum hoc uerbi, ipsi ultro præterierunt, quum tamen & sequens & præcedens adscripserunt, quare nunc manifeste deprehenditur illorum dissimulatio. Etsi Cornelij Celsi authoritatem recipiāt, clarissime ipsorū cōuincitur

error. quod

error quod si dixerint aliud humero affecto sufficere, aliud ad latus afflictũ requiri, quare mihi non licebit eandem differẽtiam inter hepar ac latus illis obiectare, spectent diligenter uenarum positus, consyderent processus, neq; facile inuenient, quare potius dexter humerus quam dextrum latus ad sinistrum renouationem requirat. Hactenus ergo nõ solũ authoritate, sed & ratione omnem in maxime longinquum fieri debere reuulsionem monstrauimus. Et nunc his auditis dicet pacatior aliquis, non laboro si modo maxime longinquum pro contrario tantum accipiatur, quod contraria plurimum distare soleãt, sed quod dextra pleuritis in sinistrum reuocari debeat aduersus nos nondum hinc inde es consequutus, nam sursum ut in cõtrarium ducimus insigniter id quod in hepaticis fit inflammationibus imitati. Cur enim æqua non erit pleuræ hepatiq; cum superioribus contrarietas? Atq; eorum iam nobis transigẽda est differẽtia, ex eodẽ authore desumpto confutandi argumẽto. Is lib. 5. de sanitate tuenda, ubi multa morborũ quæ capiti accidũt genera enarrauit, ita subscripsit. At quorum mediæ crurum brachiorumq; partes opportunæ offensionibus sunt, his quoduis exercitationum genus idoneum fuerit, modo ne reliquarum consyderationum ulla prohibeat, quæ tamen circa thoracem partes sunt magis inferiorum exercitatione iuuantur, quæ circa uesicam & renes superiorum, lienis, uentriculus, iecur, intestina, colon, sicut in medio superiorum inferiorumq; sunt, ita se ad exercitationes habent. Maximum profecto, si quis animaduertat hic nostræ disceptatiõi Galenus fecit cõpendium, qui quæ cuiq; secundum longitudinem pars opponeretur finiuit, & quam quæq; reuellẽtem desyderaret nobis fere indicauit. Roboris enim corporei partes trifariam discriminans, medias utrisq; distinxit, opposuit, eas uero quæ circa thoracem sunt partes, quippe superiores, ea quam cum superioribus habere poterant, contrarietate priuauit, dum eas inferiorum exercitatione magis iuuari perhibuit. Si quis uero locorum uicinitate deceptus eãdem a latere quam ab hepate ad superiora contrahere cogitarit, is perinde ducit ac qui uno dato alicui contrario, omnia sursum deorsum, continua et cõtigua contraria eidem syllogizaret, quod nescias maior simplicitas sit an ruditas. Iuxta eam ergo, quam hic Galenus locis designauit contrarietatem se habet ferme secundum longitudinem reuulsionis ordo & potentia, nõ tamen solã. quandoquidem nõ multo magis superioribus q̃ inferioribus hepar opponitur.

Sed cum

Sed cum non item ab inferioribus quam superioribus humorum ingruit decursus ,utraq; indicatione ad brachium e directo tutissime reducimus, ita in recenti renum phlegmone,utero affecto,liene,crure,in quibus omnibus si qs ad inferiora uellet incipiëtem fluxionem auellere,multo magis noceret,cum a superioribus potius q̃ inferioribus hic contrario q̃ in pleura m̃ malum impendeat.Hic obiter neotericorum contingit admirari inconstantiam,qui non intelligentes,quare ab hepate sursum satis retrahimus, aliam in hepate,aliam in liene retractionem exigunt. Vtriusq; enim incipientes affectus satis erat ad suum brachium reuellere. Quoniam ut ab his quæ deorsum sunt aliquid notatu dignum attrahatur,neutriq; est periculum.Si uero in hepatis inflammationibus a proximiore reuellunt,quod præcipitatior huc ac urgentior sit incursus.Itidẽ in summa plenitudine pleuriticis auxiliaturi non ad oppositum,non etiam e directo crus,nec sursum ad oppositum latus, sed idem refugere debebant, eo enim fluxus impetuosior quo plenitudo copiosior. Vincet præterea illos & Galenum,Petri Brissoti ratio,quæ ab omnibus internis phlegmonis uicinam reuulsionem expetit.Puto hic error occasionem sumpsit ex Galeno decimo tertio therape. qui pariter tum reuellendum,tum educendum,qui ad iecur fluit sanguis monuerit,non intelligentibus cur ita fiat,& quod in lienis affectibus similiter fieri debeat. Ita & in angina ubi a capite p iugulares uenas materia delabitur,satis est contrarium morbo motum moliri , non multum naturali exquisita locorum contrarietate,quam si quis deorsum ad pedes p cauam uænam studuerit detrahere, is longe magis implebit, sic & in qbusdam alijs capitis affectibus, ubi sæpissime cum reuulsione coincidit deriuatio . At contra in uertigine, morbo comitiali, ex crure optimam Galenus molitur reuulsionẽ. Nõ enim ut diximus solius loci,sed & fluoris perpendenda est contrarietas,nunquid igitur dicet aliquis Petrum Brissotum & Leonardum contempta locorum oppositione motus contrarietatem dumtaxat considerasse? nõ possunt, nimis certant de loci contraria oppositione, neq; si hoc demus errore uindicabunt,nam instans inguli dolor,incumbens brachij grauitas, materiam ab inferioribus ad superiora surripere,& non econtrario, indubitatum est argumentum si tamen aliter fieri postulent,disceptationis gratia, ego lubens dabo,si amplius e directo brachium hic incidi uelint non multum etiam re-

fragabor. Quid lucri facient, nã cõtrario (ut plurimum fit) postulato fluxu, quod e directo crus est secari eadem ratione mihi permittent, nisi admodum sint illiberales & ingrati. Scio tamen non concedent, neq; ego multum instabo. Causam igitur mihi reddant cur renuant, distantiam certe causari non possunt, nam dum per cubitum Galenus podagrũ retrahit, remotior est, dum etiam per malleolum capitis reducit affectus multo protractior. Cum igitur eius causa nondum inuenerint, ego dicam pleura, utrinq; maximis patet cõfluxus iniurijs, eorum scilicet qui in caua uena sursum deorsum mouentur humores, frequentius tamen ab his quæ sursum uergunt impetitur. Cuius causa quod inferius circa hepar maior sit humorum regurgitatio. Argumentũ uero est frequentior ad brachium iugulũq;, q̃ ad ilia uergens dolor, aut saltem non multo infrequentior, cum utrũq; uero pleuritidis genus non raro fiat iam alterum eius quod diximus habemus indiciũ scilicet, nedũ sursum sed & deorsum materiã ad latus ferri, aut saltẽ minimo eo posse irritari. Quare siue deorsum, siue sursum retrahere uelint ex confusa in caua uena humorũ mole, aliud inducent si aliud reuellant. Optime igitur ac sagacissime natura oppositã uenã reliquã fecit, ut quod undiq; in alterũ latus ꝓcumberet, ipsa sat retrahere posset. Isti uero nõ modo excusari sed etiam laudari uellẽt, quod fluxũ anteq̃ in seq̃ẽtem particulã decũberet, anticipantes obiter intercipiant, & ꝑ priorem uenã foras educãt. At nunc rursum sui obliti uidentur non a supernis, sed infernis partibus materiã sæpius ferri ac copiosius recordari debebant. Non simus tamẽ tenaces, & hoc rursum illis cõdonemus, uideamusq; si hoc concesso propositum cõsequantur nequaq̃. Cur enim alioqui afficiente podagra summũ cõpendiũ nõ esset, nõ cubitũ sed poplitẽ incidere, præsertim cũ magis hic distet, et nõ solũ ab inferioribus aliqd ad debilem partẽ attrahit, hoc enim hic est impossibile, sed ab ipsa potius aliquid trahere uidetur. Quicquid sit aut maius in pleuritide q̃ hic aut æquum deriuatiõis periculũ. Ecquid enim aliud est latere affecto per cõtinctam uenã detrahere q̃ affecto utero aluũ ducere, aut etiam afficiente podagra poplitem secare. Infœlix ergo illa reuulsio, nec quicq̃ ad eam quæ ab hepate fit accedens, nec enim in cõtrarium locum ut illa, nec in contrarium similiter motũ, si brachij accesserit grauitas, amplius uideant quod nunq̃ ad hepar, ad latus uero sæpissime deriuationis notata est fecisse ꝑiculũ. Vnde tã luce clarius est eandẽ uenã ab iocinore

influxum re

influxũ reuocare, ad latus uero magis p̄uocare. Atq; id adeo iã clare demõstrauimus, ut mirer si qd amplius desyderẽt. Desyderãt tamẽ et adhuc dũ remurmurãt q. Gal. a dextro in sinistrũ nusq̃ (ut dicũt) sanguinẽ reuulsisse sit inuẽtus. Quid igitur aliud libro 5. therap. et rursum 5. Aphorismorum aphorismo 67. cõmendauit, & iterũ capite de reuulsiõe nõne ita scripsit? In summa reuulsio molienda ẽ humoribus sursum fluẽtibus deorsum, deorsũ uero in cõtrariũ. Intro aũt uergẽtibus foras, ac rursũ foras ruẽtibus intro, sin ad dextrã inclinẽt ad sinistrã, in sinistrã uero eũtibus in partẽ aduersam etc. Quid hic faciẽt Auerrõi cũ eũ eo crimine insimulẽt, arbitror nõ imitabũtur, q Ga. alia uniuersaliter præcepisse, alia particulariter obiuisse putauit. Tãq̃ ergo nihil graue afferẽtibus hic uidebis illos nobis illudere. Quid igitur dicũt inuẽtis friuolis qbusdã distinctiõibus, prius a purgatiõe, nũc etiã ab alijs reuulsorijs remedijs sãguinis missionẽ putãt discriminare. Hæc esse præcepta eius quæ p cucurbitulã, scarificationẽ, uincula, fit reuulsio asserũt, eius aũt quæ p phlebotomiã esse diuersa. Ergo qđ a dextris ẽ nõ solũ sinistrorsũ, sed etiã dextrorsum ẽ reuellẽdũ. Quis unq̃ hæc dixit? illos tamẽ nõ pudet, plurima enim se nõ putãt male interpretari, dũ in alijs alioq̃ his cõtrarijs nõ dubitãt se certissimã ueritatem cõperisse. Audẽt præterea dicere nõ solũ sinistræ, sed et distãtissimæ cuiuis parti scarificatiões, cucurbitulas, frictiones, uincula se adhibere, dextræ uero tãtũ uenæ incisionẽ faciere. Neotericos ergo aliquot frustra oposos potius q̃ Gal. imitari uidẽtur. Certe magis negotiosos q̃ doctos, q ut nihil nõ uideãtur facere, nõ solũ unũ ex oppositis mẽbris uinculis excipiũt sed plane omnia fatigãt. Atq; supstitiosã hoꝝ sollicitudinẽ alicui lubebit magis ridere q̃ uehemẽter dãnare. Qui si nihil noceãt, hoc tantũ peccãt, qđ cectũ reuulsiõis ordinẽ iuxta Gal. parũ teneãt, nõ tamen aliqs similiter ridebit, si omnia itidem uideat indiscriminatim scarificari. Quid enim posset euenire insanius? Attamen neq; Petrus Brissotus neq; Leonardus id uerebuntur, Lenior ergo neotericorum q̃ illorum error, qui licet in uinculis liberales sint ad frictiones etiam multas expediti, in scarificationibus tamen scrupulosi, q (quantum ad reuulsionis munus spectat, locum alium non scarificant fere, quã q uenæ alicuius peculiaris sectiõi respondet. Sic enim a Gal. didicerũt, qui dextra nare erumpenti sanguine dũ dextrũ cubitũ incidit dextro hypochõdrio, nõ etiã sinistro cucurbitulã applicat. Neq; ergo sinistræ particulæ

in dextra pleuritide aut cucurbitulam, aut sacrificationem accommodare c petit, si in sinistro cubito uenam tundere non expedit. Aequa enim illorum secundum omnes conditio, modici atq; immodici corporis discrimen tantum patiuntur. Nonne hoc tantum sequitur? imo & illud ipsos dicere continget quod frustra Galenus id quod a dextris est in sinistrum reuellere admonuerit, cum & dextrum brachium uinculis innectere, manibus etiam tractare licebit, nã ne scarificatio aut etiã dũ (si fieri posset) uincula ipsi lateri aut uicinæ admodum parti adhibeantur aliquid, ut dolor, calor impedire potest, sed cur minus ipsi cubito nihil horum prohibet. Satis ergo superq; ea confutata est commentatio, hoc tamen ab his præterea inquiramus si in opposita parte adhibita scarificatio aliquaudo iuuit, aut a phlegmone saltem occipiente aliquando liberauit. Dicent credo non liberauit, nisi ex eadem parte secunda fuerit per sectionem reuulsio. Ergo is mordus in pueris uix puberibus, atq; alijs qui eam non ferunt semper mortalis, aut certe ne completa fiat nulla reuelli potest. At id nedum puerile sed falsum & a Galeno reprobatum, qui decimo tertio therap. ubi curationem (propter corporis immodicam plenitudinem) rebellem consideraret, alias sanguinis missionem, alias oppositi cruris scarificationem probauit, quia ut inquit, plærumq; post hæc præsidia glãdularum desinit phlegmone. Quid tum postea dicet aliquis, habe oppositam scarificationem, oppositã phlegmonem reuellere, nunquid ob hoc & oppositæ uenæ sectio interdum sufficienter exonerabit, imo tanto efficacius, quanto ipsa scarificatione potentior, nodum, mea quidem sententia, non soluent, hac enim ratione meminisse debent in dextra pleuritide dextram potius q̃ sinistram uenam incidisse. Non aliud igitur restat quo sese expedire poterũt, uereor, uarij enim lubriciq; mihi admodum uidentur, nec uno teneri modo possunt, quin altero citius elabuntnr, uidetisq; eos plurimas formas captasse, non tantum tres ut de Acheloo fertur, & nunc eciam aliam subeunt nouissimam fortassis, proculdubio fatalem, quamuis effacinare nos putant, phlegmonarum speties partiũtur, ac externis quidem in longinquum reuulsionẽ distinguunt, internis uero ad uicinum, uerum neq; hic libere euadunt, hic eos deprehendi certum est, primum quod Galenus nusquam reuulsionem, in eam quæ in longinquum, & in alteram, quæ in uicinum diuisit, quoniam hoc reuulsioni proprium est ac cognatum, ut in contrrrium siue longinquum fiat.

Secundo

Secundo quod Galenus nusquam iuxta phlegmonarum genera eam distinxerit, hoc bene decimo tertio therap. statuit, in omnibus commune in contrarium auersionis præceptum esse, de internis ut apparet, magis q̃ externis locutus qui internarum q̃ externarum plura ibi exempla numerat. Atq; utero inflammato alibi cubitum magis quam poplitem incidit, imo nunc imprudenter suos errores produnt, nam quis eos docuit in exteriori dextri lateris inflammatione ad sinistrum reuellere, si Galenus in prædictis locis, quare ergo ibi eius præcepta de uinculis & scacrificationibus tantum intellexerunt, si sanguinis missionem ibi comprehendunt, quare diuiserunt nec uno modo de sanguinis missione dixerunt. Quod si illud condonemus, nunquid ut & hoc demus rursum a nobis exigent? non sumus tam indulgentes, quod si hac instare uoluissent, melius ita dixissent. In dextra pleuritide dextram quidem uenam sinistra esse coniunctiorem, & omnem reuulsionem debere fieri in cõtrarium, & rursum in maxime longinquum. Deniq; quæ ab eodem latere fit reuulsionem non esse, sed non omni phlegmone reuulsionem contrariũ satis esse, uix deriuationem ad uicinum sufficienter aduersari. Ita enim non tot nominibus erant redarguendi, quamuis neq; hoc summa uacat reprehensiõe, nam econtrario potius ab externis, quam internis reuulsionis usum tollere debebant. Primum quod non tam molesta sit earum partium affectio, nec tã grauis exitus instet. Secundo quia propter atrociorem fere atq; intimiorem dolorem fluxus in eas magis superfluit, profecto ab interna q̃ externa particula, nobili quã ignobili potius reuellẽdũ. Atq; id interim obiter, ac sui fortassis immemor Bris. satis annuit. atq; altera est causa quare in bubone pestilẽti nõ multũ studemus reuellere, quod huc quasi in sentiuã quandam natura totum contagium cepit deponere. Mirum q̃ eam diuersitatem Leonardus nõ intellexerit, qui Auicennam tamen in hoc perstrinxit, q̃ in bubone pestilente, ut alijs similiter reprimentibus sit usus, quicquid sit non pro inflammationis diuersitate, sed influxionis modo, reuulsio ac deriuatio uariat, idetiam Hippocrates indicat, qui dum in contrarium uel longinquum reuulsionis tempus sumit ita reddit, dum uel ualenter uel maxime materia irruit. fluxus autem impetus pro corporis fere contingit plenitudine., & ob id Galenus ubi contrarij cruris admonuit plethoricum corpus præscripsit, Sic statim, ubi ad partes maxime longinquas auellendum præcepit, eandem condi-

 tionem ad-

tionem adscripsit, dicens. Aestimata tum phlegmones magnitudine, tum totius corporis statu. sic in libro de phlebotomia, ubi propter capitis instantes affectus uel malleolum uel poplitem secaret, eorũ qui annua uertigine, epilepsia, prehenderentur exempla elegit. Sic ubi cubitum incideret podagricorum meminit. Bis ergo hic peccant, primum quod molliorem influxum per contraria reuelli uolunt, non autem per uicina auerti. Secundo quod uehementiorem per uiciniorem cohiberi satis putant. Si enim in modico corpore modicus influxus per uicinum satis non sistitur. Immodicus in immodico quomodo satis poterit prohiberi? & rursum si uehementissimus influxus per proximum satis retrahitur, mediocris quare non reprimetur? Immo ad longinquũ quare reuelletur, quando præterquam quod ab affiniori citra ullm incommodum deriuare liceat, ita ut a remotiori aliqua particula fiat, nihil opus est. non enim a longinquis aliquid admodum influit, sed a proximis tantum. quare deriuatione usum esse sæpe satis est. quemadmodum iterum, si nec ab his nec ab illis aliquid amplius decurrit. nec præterea periculum est, non reuulsione, non etiam deriuatione, sed sola euacuatione ultimum est partem exonerare, ac toto iam semel morbo uindicare, hanc autem eradicationem alij uocant. Distinguitur autem ab ambobus prioribus, licet nonnunq̃ deriuatio etiam appelletur. Hac igitur ratione dum precipitatiorem causantur cursum in pleuritide semotius uas secandum citius colligẽt, tantum abest ut proximius incidendum conuincant. Iustius ergo ita dixissent. Vix raro medici aduentus precipitatum potest anteuertere cursum. Rursum raro est multa corporis plenitudo, raro ualentissimus influxus, raro ergo in pleuritide usu uenit in contrarium reuulsio. Sæpe sat est deriuat o, aut alioqui sufficit scarificatio, cucurbitula. attamen id multo magis quam in internis, in externis debebant dicere omnibus, nec eam deriuationem reuulsionem dicere debebant, aut si reuulsionem, non tamen in contrarium reuulsionem. Hoc tamen condonemus, nam de nomine non certamus. Neoterici certe tã acriter insimulãdi non erant, qui interdum aliam in oppositum reuulsionem in pleuritide obirent. Vehementer laudandi, quod corporum differentiam animaduerterent. Et quando de re periculosissima, honestissima hæc est contentio, et si qua alia in medicina præcipua, nõ grauabor rursum ab illis inquirere. Si in dextri lateris externa occipiente phlegmone ab opposito detrahere auderent

ret? Insuper si in interna pleuritide, cuius defluxus uel non admodum præceps, uel cum eo qui in externas usq; labitur sit æqualis? (hoc enim impossibile non uidetur) Nonne hic etiam ex opposito rursum reuelli admittent? admittere debebunt, nam propter quem alias id facere uerebantur, nihil impedit morbi impetus. Cur igitur & hic idē brachiū non captāt? quādo reuulsioni commodissime sit expositum. neq; enin acutissimus tantū morbus ualētissimusq; incursus, sed & quis alius blādissime breuissimeq; curari debet, nō ob aliā respōdebūt causā, q̄ qa per cōiūctissimæ uenæ sectionē materiā ad locū affectū deriuare timēt. Cur igitur & in grauioribus malis (ubi paruū incremētum mors est) id nō cauēt? Dicunt oppositā uenā segniter euacuare morbū uero acutum esse, & ob id præcoci per fas per nefas egere eductione magis q̄ reuulsione. alioqui interea nimis differri Per Aesculapium si morbus unius diei aut paucissimarū horarū esset, si suffocatiōis periculū proximū instaret. si secūda deriuatio multū differretur si materia turgeret (qđ rarū tamē putat Ga. præsertim in inflāmatiōibus) uerū eos dicere cōtingeret, nā hæc ē altera cā, quare in pestilēti bubōe deriuamus potius q̄ reuellimus. Si præterea plurimū fortassis decurrisset, par℞ uero qđ decubitur℞ erat reliquū esset, locū haberet. At cōtra euenit in inflammationū principijs. Quare optime Ga. de his præcipit dicens. quæ uero adhuc in generatiōe sunt, in his prior euacuatiōe cōfluētis ad affectū locū sanguinis ē inhibitio. Ver℞ et hūc locū ipsi iter℞ corrūpe studēt, neq; enim priorē ordine sed natura tātū cōmētantur. Ita illis cōtrariū cū regula Lesbia accidit obiectis sese accōmodare faciles nō sunt, sed potius omnia in eo℞ mētē retorquere. Quiduis aliud magis cogitarūt cōmētari, q̄ errore cōcepto desciscere. Ita enim omnibus usuuenit q semel ueritatē despexerūt, ut in plurima impingāt, ant plurima male peruertāt. Certe q̄ puersa hæc sit cōmentatio Gal. multis locis innuit. Qui semper auertit (ubi opus ē) hoc est fluxū inhibet anteq̄ euacuat, de purgatione (nam & de sanguinis missione idem est) euidentissima sunt exempla, in priapismo uomitu lacessit, priusquam aluum subducit, & nonne omnes cubiti externam uenam præhendunt, quam linguæ uenulas incidunt. Videtur itaque hic Petrus Brissotus aliquid sibi timere, & ob id fortassis tandē subijcit. Quod si iam tempus accessionis solitæ proximum immineat, ad oppositum latus reuellere non illicitum esse sed tamen si tam occepit non

similiter

ſimiliter conceſſum eſſe. Ve℞ hoc modo ſe non purgabit, nam Galenus libro de phlebotomia inſtantes atq; etiam incipientes phlegmonas eodem modo reuellit. Ita enim habet. In quibus autem corporibus nulla dum particula affecta eſt, cæterum uacuationem uere ineunte anteuertimus, in his ſiquidē talis ſit homo, qui quotannis æſtiuo tempore febrilibus morbis obnoxius eſſe ſolet. Atq; in eo exundantiam uacuare ſtudemus, æque pars quæuis in ſanguinis detractionem eſt accōmoda, ſicut ſane etiam ſi Arthriticus ſit omnibus articulis laborans, quibus autē eximie pars quæpiam, ubi prius euacuati non fuerint. infeſtetur, haud æque liceat ex quauis parte euacuationem moliri. Verum ſicut in his qui iam pati occipiunt. quā ob rem podagricos ex cubito purgato comitialibus morbis uertiginibuſq; obnoxios potius ex cruribus. Non poſſum ergo ſatis coniectari, quare eum Aphoriſmum. Quæ ducere oportet quo natura uergit ad loca cōferentia eo ducere in nos retorquere putarint. Neq; enim nos euacuationi intendimus, reuulſioni tantum, quæ in hoc diſſident, ut illa naturalē motum imitari debeat, hæc uero aduerſus morboſum impetum contrarie moliri, alioquin in fluxu narium, quare per nares non amplius ſtudent auertere? aut etiam in menſium profluuio menſes magis prouocare? Dicent credo, quia auertere, non autem euacuare cogitarunt. At neq; nos hic aliud agimus, quanuis hic ſit ſecretus, ibi uere effluxus maniſeſtus. Præterea non quocunq; natura male irritata male fertur medicus inſequi debet, ſed tantum quo fœliciter citraq; magnum ut poteſt partium diſcrimem. Videtis ergo ut irritus ſit omnis illorum aduerſus nos conatus, mirumq; eſt, quod contra tam multam doctorum cateruam clauſis (ut aiunt) oculis Antabatarum more auſi ſint pugnare. Quod ſi & de reuulſione hic datus ſit Aphoriſmus, non tantum inferre debebant contra neotericos & Gale. quod dextrorſum uergit dextrorſum eſſe reuellendum, ſed quod ſurſum, ſurſum. quod deorſum, deorſum, ac uniuerſaliter omnem reuulſionem in idem moliendam eſſe, non autem in contrarium, quod hactenus omnes medicorum ſcholæ tenuerunt, & alioqui nomenclatura ea in contrarium reuulſio clariſſime (niſi quis ſurdus fuerit) loquitur. Atq; ita illis euenit, quod diximus, nedum ab internis, ſed & externis omnem uibque auferre reuulſionē. Nec tamen illos adhuc pœnitere dicas, qui hæc in ſuorum confirmationem adiiciunt. Primo quia alioqui natura nimis extenuatur, ac benignus tantum

educitur.

educitur in tenui corpore, ubi scarificatio sufficit cucurbitula aut uinculum hoc certe dicere possent, atque ita seipsos potius arguunt, qui in leuiore impetu ex remotioribus auersionem commendant, in ualentiori uero ac pleniore non possunt, nec enim benignum tantum educimus, imo superfluo, qui ad partem affectam inclinabat, ac naturæ maiori detrimento quã anxilio futurus erat corpus exoneramus. Secundo dicunt. quod uitiosus altius rapitur. Imo sæpe usq; in oppositum latus inducitur. Vnde præter priorem illam secunda nonnunq̃ pleuritis in altero latere accedit, quod ducentis in uno anno experimentis ostendunt. At neq; illud uere nobis obijcitur, meminisse enim hic debuerant, omne agens in proximum ualentius agere, quod alibi contra nos induxerunt. Quare neq; hic id quod in dextris est ad sinistrum rapitur sed quod in sinistris adhuc uacillat, & in medijs locis ambigit, leui nec adeo copiosa phlebotomia tantum refertur, Quod si quid a dextro forte fortuna & præter opinionem auellatur, nondum fortassis omnino uitiatũ erit, quod recẽs ualde phlegmone uixq; concepta, nec admodum diu decubuit, pone uitiatum sit, non tamen in multum longinquum aut etiam oppositum latus statim reuelletur, in proximum forte abducetur, quare uel rursum a natura in eundem locum expelletur, uel quicquid sit per proximam deriuationem non difficile expedietur. Imo emotum labefactatũq; q̃ infixum promptius attrahetur. Hæc ergo ratio non ægre procedit aduersus neotericos aliquot, q usq; ad sanguinis mutationem post defluxum materiæ copiose detrahunt, sed cõtra nos nihil ꝓficit, quin potius in illos expeditissime recidit, si enim mediocris aliqua detractio renitente morboso impetu constantem materiam ab ægro in sanum latus auellere potest, liberalior phlebotomia cõcedente morbi decursu male constantem, & alioqui eo nutentem a sano in ægrum reducere cur non poterit? Nunc audite, quibus hoc putauerunt diluere. Aiunt ab opposito aut nihil, aut segniter admodum aliquid attrahi. Si uero aliquid etiam trahatur, non ad locum affectum tantũ, sed ultra foras educi. Mirum si non putent nobis licere ijsdem rationibus sanũ latus potius uindicare, quod si detur, falsa erunt illa ducenta nobis obiecta experimẽta. Neq; Gale. dicere poterit, quare in priapismo alui subductio q̃ uomitus sit nocẽtior. Nescio igitur si aliam disparitatẽ, Aliquis illorũ nomine forte dixerit qui proximus est succus hoc est uitiatus, tãtum per coniũctã ægro lateri ue-

tiam educitur. Qui uero uel ab opposita parte, uel etiã caua uena ad idẽ latus adducitur, malignus non est, sed benignus, nouã igitur phlegmonẽ in eodem latere parere non potest, aut etiã priorem angere. At contra euenit in oppositi lateris uenæ sectione. Nõne igitur noua hæc illorum ratio de inflãmationibus rursum cõcedit completis? tædiosum ẽ rẽ toties dictam corã tantis uiris iterũ repetere. Recordari debebant in principio inflãmationum a proximis tantũ influxisse parũ, sed & ab alijs adhuc longe plus instare. Quid igitur boni promouerint si maligno aliquo exhausto nõ multo facilius malũ in prioris locũ incitarint. Addo quo frustra putãt se tam sincere unica euacuatione quicqd id est educere, ut nihil maneat putridarũ reliquiarum. Ponamus, nihil reliqui faciãt, periculũ tamen est, ut is qui quantitate, qualitate, sæpe utroq; naturæ molestus est huc decidens humor. loci uitiosa qualitate, adhuc fumida, nec dũ omnino extincta, corrũpatur. atq; ita uno euicto malo, alterũ paratum est non minus rebelle, hoc tamẽ erit ex minimis his quæ possunt accidere male. nisi quis parũ interesse dixerit siue malũ malo addatur, siue altero deleto alterum inducatur. Vbi uero quarto id excusant multo magis peccãt, affectũ latus altero imbecillius esse asserũt, et ob id ab alijs quod superuacaneũ restitit (ut restat plurimũ & fere totũ) non admittere contẽdũt. Imo quicquid aliæ habent superfluũ (ut cœperunt) in hanc partem non cessabũt deponere etiã nihil attrahentem non solũ quia debilior est, uerum etiã quod huc, omnis impetus tum a morbo tum a natura sit concitatus. Adhæc quod is locus inanior excremẽti factus sit capacior. Quarto turpe fuerat hoc illos nescire aut dissimulare, inflãmatum q̃uis seipso sit debilius, tamẽ tantũ alia excedere attrahẽdi facultate, quãtum flãmeo calore. Optime igitur in lateralis morbi principio succũ eũ q in opposito male constat latere, uel etiã dũ in caua uena uacillatius ad utrũq; latus ambigua, in cõtrariũ retrahimus, sic enim nõ solum plurimum eius morbi anticipamus, sed etiam ut id quod influxit securius postea deriuetur procuramus. Atq; secundã detractionem ab omnibus oppositi lateris fortunis uindicamus, a qbus alioqui hic periculũ impendebat. Nescio igitur si interea tẽporis causabũtur maiorẽ ad locũ affectum materiæ portionẽ adduci, quod si fecerint non minus errabũt, quid enim ad locũ affectum interea rapi posset? nã a proximis quod instabat decubuit, ab opposito uero latere ac cõcaua uena quõ possibile erit aliqd

magnum

magnũ ferri? quãdo ab his omnia in cõtrariũ reuellũtur, quod unicum est remediũ, atq; adeo summũ nequid amplius ex his ad cõcepta phlegmonẽ affluat aliud. Quod si qs neglexerit ubi ad deriuationẽ uẽtũ erit, nõ aberit incõmodũ, sed tamen illi cõtẽnunt, quod facile pẽsare posse sibi psuadẽt. Imo lupũ auribus tenebunt, & hic magis laborabũt. dũ enim illam, quã nos ante prehẽdere ipsis incõstans uidebitur, eãdem rursum captabũt, illorũ exemplo qui dũ semel per naufragium rerũ suarum iacturam fecerunt, etiã secundo facere statuerũt, ut perditarum ita faciant fœnus. Venitq; hic mihi in mentẽ cõgredientiũ iocus, quorũ unus aliquis si uel nocte per tenebras, uel interdiu per imprudẽtiam forte fortuna in lacũ aut aliud leuiter offenderit. lapsus ceciderit ridicule ab alijs monetur, ut eãdem rursun uiã ineat lapsumq; lapsu resartiat. At ille proprio errore redditus cautior, cognitũ offendiculũ etiam si altero die redeat cauet. Tantũ abest ut eãdem rursum fortunam subire sit cõtentus. Multo profecto hac in re his prudẽtior q nõ solũ secũdo sed etiam tertio. ut uideo idẽ periculũ facere audẽt. & quod maius est, Gal. similiter lib. quarto de sanitate tuẽda faciũt cõsulentem, dũ inqt, Quoniam igitur in hac, quæ ueluti phlegmone fatigat, uis calidi sanguinis cõgesta est in corporis mole, uenæ autẽ sectio succos e uasis emittit, utile est post priorẽ detractionem tantisper intermittẽtur dũ aliquid eorũ, qui in corpore sunt humores, ad uenas remigret, quod tamẽ, quoniã cõmittẽdũ non est, ut in his maneat, ex dimidio corruptũ, sed potius eius plurimum expellatur. Iccirco sanguinis detractionẽ secũdo die iteramus. aliquando uero & tertio, ubi uidelicet reuellere & ex alijs in alia trãsferre uisũ ẽ cõducere. Quã parũ hic Gal. cũ illis conueniat eorũ quæ ibi docẽtur ordine narratio satis docet. nõ enim de phlegmones loquitur reuulsione, sed de phlegmonosæ lassitudinis curatione. In qua nõ sursum, nõ deorsum, nõ dextrorsum, nõ sinistrorsum. sed ab exterioribus ad interiora usu uenit reuulsio, nec prohibet quicq̃ cur non dicatur & deriuatio. Nihil ergo hinc inde ad suum propositum ducere possunt. Veruntamen quia hoc semel loco nos conficere putauerũt, uellẽ ab illis magis expositũ discriminatumq;, si ex eodẽ aut diuerso uase Gal. hic tertio reuellat, ut scire possimus in quo Galenum imitẽtur ipsi & nos etiã imitari uelint, si qdem ex eodem, iam reuulsionem a deriuatione, non re sed solo nomine uariantem contendunt, At id absurdum est, si uero ex

 diuerso

diuerso, qcquid Hippocrates, quicqd Galenus, qcqd de reuulsione antiqua habet ueritas, ipsi peruertunt, dũ ut hoc exemplo conceptas utcunq; plegmonas reuellamus, nos cogere uolunt, naturæ etiam suum locum recusant, & quod ante, tempore, nunc etiam natura prius esse negant. Ratiõe igitur uincimus, authoritatum numero longe superamus, nec experimẽtis cedimus. Nõ enim triennio, quadriennio, sed plurimis sæculis, ea uiguit citra controuersiam opinio, ualuit citra fortunas experientia. At hic perfricta fronte uidebis obstare. Impudenter audies eos dicere nullos hoc modo adiutos, oblesos omnes, aut etiam plures iugulatos, Hactenus ergo tyranni fuerunt ad unum omnes, nõ medici qui maluerunt tot uno gladio confodere q̃ animaduersum errorem relinquere, quod si de pertinacibus aliquot magis q̃ doctis, id dicere liceat de omnibus, irreligiosum est mendacium, Nec enim dubium est, quin ante lapsis temporibus et modestissimi & doctissimi cõplures fuerint, qui eius phlebotomiæ incommodum animaduertissent, secretiores aliquot errores, hos tamen latuisse negare non possum, sed tam manifestũ, tam noxium omnes potuisse subterfugere non puto, siquidem ducenti ab uno notati hoc modo male affecti, imo si omnes ex hac reuulsione male perierunt, aut saltem male ualuerunt, ne rudem empiricum aliquem diu latere debuit. Id igitur genus neotericos defendere posse mihi uideor, illos autem nõ possum, neq; laboro, quibus parum est oppositum latus euacuare, nisi uel ex subiecto crure aut opposito, aut etiam utroq; , hominem prius extenuassent , nec enim uno inter omnes modo conuenit, ac propterea alij, qui naturæ secreta magis tenere uolebant, certe scrupulosius q̃ doctius plenitudinis modos distinguebant, hoc pacto interpretati. Extremam plenitudinem ex opposito prius crure minuebant, ex eodem mediocrem, dum tamẽ omnem grauem plenitudinem in duo tam membra partiti essent, nec insignis aliqua in tertium membrum dispensanda relinqueretur, hoc illis uenit inuitis, ut quãdo uel nulla esset plenitudo, uel modica, ex opposito tamẽ latere ubiq; reuellerẽt, atq; hoc illorũ cõdonassemus timiditati si non ex altera parte maiori peccassent audacia, necdum tam copiosam ex opposito latere uacuationem moliti essent, atq; adeo usq; ad sanguinis mutationem, qui terminus iuxta Hippocratem, ab alterius lateris euacuatione expectandus tantum erat, & alioqui contra hoc ipse uniuersaliter dixit. Quæ ducere oportet quo maxime natura uergit ad loca conferentia

ducere.

dicere. Quod si nunc horum etiam negligentiam & errorem in ea detractione, quae ab eodem fit latere ostendere pergam, non dubium quin ab illis nequiter audiam, non dubium quin nouum hominẽ dicent, gloriosum, stultũ, temerariũ, omnibus minus q̃ sibi tribuentẽ, cui maius studium sit neotericorum errorum per contumeliam historiam texere, q̃ antiquam ueritatem scrutari. Verũtamen quia locus, necessitasq; exigit, ac pluris faciam hominũ salutem & (q̃uis neglectã) ueritatẽ q̃ falsam illorum gratiam nõ uerebor, quod mihi uidetur dicere Guayuerius q̃ diu sputum non procedit, uel idem uel oppositum crus potius euacuandũ praescribit, Idẽ certe latus hactenus tentandũ nõ putat. Quis tamen dubitat, quin fallax nimis haec sit cõiectura, cũ sputũ saepe in plurimos proferatur dies. Quis dico nescit materiam saepe decubuisse anteq̃ sputũ expediatur. Et nonne Hipp. in Anaxione pleuritico anteq̃ sputum redderetur, eam uenam secuit? & ne nõ simplex, aut etiã excusari posset hic error, alterum incommodius signum adiecit, nisi angustia minor, anhelitus liberior, etiam si forte sputum redderetur, eiusdem lateris deriuationem suspectam habet. An non nimis expectabilis hic sit terminus, ac etiam uehementer perniciosus, an non hoc sit potius a malo morbo opem implorare, q̃ a seipso aduersus morbum aliquid spei promittere? mihi profesto uidetur, neq; cõiectari possum, unde hãc sibi opinionẽ cõceperunt, nã q̃uis Gal. ab inueteratis euacuare docuit, a recentibus prohibuit, tam rudes non puto q euacuare ab eo quod est deriuare, hic separare uõ potuerint, uocãt hoc ipsum eradicare. Q.d si nũc Rasis (q hodie in omnium practicantiũ solus fere uersatur manibus) fidem in his recipere cogamur, periculum est ne nusquam ab eodem latere deriuationem faciamus, quoniam hic allegante Gnayuerio, ubi uel sputũ expeditnr (nec enim aliter accidẽtium molestia remittatur) omnẽ phlebotomiam ueretur, iam ergo non solum falsa, sed etiam inter se incompossibilia docent. Imo quãdo Guayuerius donec minor fuerit angustia eiusdem lateris euacuatiõem differt, nec rursum sputo reddito admittit. Iam secum idem pugnant, aut usquam eius esse usum negat. In utroq; tamen loco fidelẽ testem Rasim sibi citat, quare nõ solũ Guayuerius, sed & Rasis a se dissidet, aut certe ambiguã uterq; tradit, ac in utrãq; partẽ ancipitẽ sententiã relinquit. Nõ mirũ igitur si inter neotericos practici, qui ab his, nõ aũt ab antiquis suam medicinã didicerũt, hãc deriuationem parũ curasse uidẽtur, maiore ob

 iore ob

maiore ob hoc q̃ illi uenia digni, nisi etiã tã pusillanimes essent, ut neglecta reuulsione uix decimũ quẽq; secunda deriuatione se posse saluare conquerẽtur. Nõ nego tempestiuã reuulsionẽ breue salutis compendiũ facere, sed tamẽ deriuatiõe, ipsam præsertim certũ ẽ alleuiare, nec rursum, omissa reuulsiõe plurimi deplorati sunt, nisi omnẽ internã phlegmonẽ dicamus mortalem, qđ nimis meticulosum est. Certũ ergo est q̃ neq; hi, neq; illi unq̃ in Galeno legerint. aut saltẽ bene adnotarint in pleuriticis quæ edirecto laborantis lateris adhibita fuit sanguinis missio clarissimã sæpe utilitatem adferre, quæ uero ex opposito brachio, aut omnino obscurã, aut post temporis interuallũ. Atq; illos hactenus librorũ potuit excusari inopia, nos uero q̃bus Galenus ꝓdijt, absolui non poterimus, si posthac defluxa statim materia ab eodẽ deriuare distulerimus. Neq; enim tam simplex aliquis esse debet, q̃ ignoret recentẽ phlegmonẽ facilius deriuari, q̃ dissolui cõtumacẽ & inueteratã. Quod si etiã nõ nisi post plurimos dies forte ad ægrũ accesserimus nõ minus, idem tẽtabimus, mõ aliqua adhuc reliqua sit spes, excusabit nos Ga. q̃ post uicesimũ etiã diẽ seruo phlegmonem in oculis patienti humeralẽ incidit. Tantũ neoterici scriptores a ueterum uia recessisse uidentur, si uero prætereo aliquis ex me querat, quantum horum æmuli, hoc est medicorum uulgus ab illis amplius recesserint, dicere non possum, id possum dicere, hos minus operando errasse q̃ illos scribendo. Nam cum tediosum & negotiosum nimis practicis uideretnr plenitudinis species inquirere, aut etiã differentiã coniectura se non posse assequi, omnes uno calopodio calceauerunt, hoc dico ab opposito omnibus primum sanguinem detraxerũt, ut eos intelligamus illorum uerba q̃ rationem magis tenuisse, hoc tamen illis accidit, ut ex inertia & ignorãtia, lucrũ facerent, maiorem honorẽ mererentur. Sic rursum cũ mittendi sanguinis omne ius chirurgis relinquerent paucissimis ab opposito latere, usq; ad mutationem est detractus, cum tamen ita faciendum iuxta neotericorũ sententiam contenderent. Dicet forsan aliquis, plurima corpora nec eximie plena esse nec esse modica. atq; ita hactenus neotericorum proximi neotericorũ scriptorum sententijs cõsentaneam contendere uelit, negare tamen non potest, quin multo audentius, frequentius ex opposito latrre reuelserũt q̃ ab his suis præceptoribus didicerunt. Quãdoq̃dẽ hi reuulsionẽ ante materiæ decursũ solũ receperũt, et hunc rursus tam præcipitem, ut in q̃ plurimis medici an

teuertat

teuertat aduentũ, quare periculum est ne in plurimis errauerint qui in omnibus ab opposito prius latere detraxerũt, quod uerisimile ẽ magis dierũ numero q̃ uerisimili alia cõiectura defluxus terminũ metiẽtes. Quo mõ q̃ multos exanimauerunt Petrus Brissotus uix satis ostendit. Tanta illorum homicidia, qui cum non solum recentium, sed & ueterum se insigniter profiterentur æmulos nihil minus quam illorum imitantur diligentes labores, nec dum uel eminus assequimur. Questionum aliquot annotationes satis erat si utcunque remurmurare scirent, nec enim aliud uulgo ad illorum requiritur professionem, accedente præsertim annorum numero, uel etiam temerario aliquo in publicum congressu, in quibus si iuxta Hippocratem, contra cõsiderare mus ingenium, naturam, puerilem disciplinam, bonos mores, laboris amorẽ, nequaq̃ tam multis medicina pateret contumelijs, non tam sæpe inutiles rudesque Empirici seplasiarij de medicorum certarent primatu, sæpe etiam sua laude fraudarent. Quid mirum demamus annulos, humerorum stramenta, capitis insignia, totius corporis fastum, ineruditum aliquem uidebis Empiricum, manebit Hippocrates aliquis in tragedia. nam laruæ & doctorum personæ sunt, nequaquam doctores, qui non ueritatem (ut inquit Galenus) ipsam, sed scientiæ tantum aucupantur famam, aut egregium medicinæ titulum quo indigne assumpto, in symposijs, in foro alijs se uenditent, ostentent, ac temerariam uulgi opinionem, fauorem sibi captent, qui ubi accesserit, tum demum uidebis eos cristas erigere, magna de se sentire, tum scilicet sunt famatissimi; multo tamen maior futura in populum pestis huiusmodi Thessalij Methodici quam simplices Empirici ob duplicem causam. Prior est, quod sub eximio medicinæ titulo maior illis uulgo fides tribuitur, sola empiricorum ruditas suspecta habetur. Secundo quod illorum experientia quam circulatorum sit infœlicior, ac iniqua ratione peruersa, dum enim omnium faciendorum rationem se tenere putant, omnia nimis breuiter eo referunt, q̃cquid ad hanc nõ exigitur, dãnant, cum dicẽte Gal. cum his melius ageretur, si nullã p̃derent rationẽ q̃ tã dilutã, tã tenuem, qua nõ solum ueritatẽ nõ assequuntur, sed simplicis experientiæ exemplum male frustrantur. Quãtum enim recta ratio experiẽtiæ adijcit tã tũ uitiosa detrahit. Atq; hac de causa empirici sæpe hijs nõ mõ æquãtur, sed sæpe numero opis fœlicitate præuertunt, quinetiam cum unum aliud putent, non solũ

non solum ab his q̃ ab empiricis, sed etiam q̃ a morbo maius periculum ægris frequenter imminet. Ignauum igitur pecus hoc procul procul a medicina abigendum. uerum ut ad rem redeamus, nequaq̃ hoꝝ nebulonum inscitijs Petrus Brissotus & Leonardus possunt celebrium medicorum redarguere experientias, nec fortunatas, nec ullam querimoniam, ullũ scrupulũ de se relinquentes. Prætereo enim eos qui ante nos fuerunt, quorum alius oppositi cruris, alius eiusdem, attamen nullus oppositi lateris (in immodico corpore ante fluxus decubitum) euacuationem suspectam habuit. Prætereo eos qui alibi operantur, de nostratibus tantum loquor, quorum nullus opportunum eius usum se diceret expertum esse noxium, quidam tam præsentis utilitatis, ut post eam, nullam aliam desiderarent euacuationem, quidam etiam (quod magis mirum est) tam perpetuo, ut uel nullos uel paucissimos pleuriticos dicerent sibi intercidisse, quibus hanc tempori reuulsionem contigit facere. Superest igitur Hippo. & Galenum aliquot locis obiectos æquioresi (q̃ illi putarint) uobis ostendere, hoc est, alium quam ipsi acceperunt ex his assertionibus sensum, ex eorundem autborum uerbis, nec tamen his renitentibus (ut multi facere solent) docere, quod si fecerimus, illorum fundamentum plane subuertimus, ac iam nullus præterea restabit nodus. Atq; id quanuis multis impossibile, mihi tamen non admodum uidetur difficile. Audiamus ergo Hippo. in libro secundo de ratione uictus in mordis acutis dicentem. Cum ergo ad iugulum extenditur dolor aut grauitas, uel brachium, uel mamillam aut partes, quæ supra septum transuersum sunt, infestat, interna cubiti uena secanda est (adde ex quarto eiusdem libro) ab eo latere quod affectum est, neq; dubites copiosum detrahere sanguinem, donec uel rubicundior multo, uel pro puro, rubidoq; liuidus effluxerit, utrunq; enim accidere solet. At si eas partes, quæ sub septo transuerso sunt, dolor afficit, sed ad iugulum nõ ascendit, tũ uel nigro uerratro, uel peplio aluus ducenda est, ubi precor qd his facient, nam Hippo. deriuasse, non autem reuulsisse multæ sunt cõiecturæ, multa argumenta. Si enim retrahere uoluisset, nequaquam materia deorsum declinante, atq; ad ilia decedente purgatione deorsum per aluũ, sed sursum potius per uomitum id facere studuisset. Multo minus ubi nedum ingulum, sed & brachiũ fluxus impeteret ad ipsum amplius brachium adducere uoluisset. multo quidem magis in priapismo reuellens aliquis aluum deijcere

cere posset. At neq; usq; ad sanguinis mutationem ducere dixisset expediēs, quando simplex illa reuulsio eum euacuationis scopum non requirit, cuius beneficium potissimum est, quod adhuc influit reuellere, nō autē quod inhæsit euacuare. Hæc ergo omnia de eius phlegmones, cuius plurimū decurrit, deriuatione dicta sunt, non autem incipientis adhuc reuulsione quantū ego arbitror. Et forsitā ob id nō simpliciter Hipp. ab eodē brachio, pleuriticis sanguinem detrahendum dixit, sed si dolor aut iugulum aut mamillam aut brachiū & cet. occuparit, hoc enim modo nō solū materiæ motum sursum indicauit, quod aliquis putet, sed & phlegmonem confectam esse, plurimum eius decubuisse, uicinorum grauitate forsan insinuare uoluit. Ex generalioribus ergo alijs eius præceptis colligere debebāt, quod antea dum humorum adhuc copia in concaua uena sursum deorsum ferebatur, atq; in opposito latere uacillabat, necdum in ægrum latus incidit, declinabat tamen, tutius longe esse in contrarium reuellere, q̄ donec æger periculum sustinuerit differre, ubi illud periculum esset audire, sero sapiunt Phryges. Imo si eam materiam quæ ex opposito in ægrum latus sese minatur procubituram, ex eodem auellere cogitarint, iam sibi q̄ nobis magis pugnant, dum quod in dextro est ad sinistrum reuellere tentant. Videamus insuper si discedente ab his sene, Gale. perfidus aut trassfuga alia ipsis subsidia aduersus Hippo. feret, non credo, nimis Hippocratis æmulus, nimis in eius uerba iurauit. Illis tamen uidetur plurimaq; sibi patrocinia ex eius libello de phlebotomia pollicentur. Sed dum cogito ob hoc eos frustrabitur Gale. quod ipsi hic aliud inuestigent, aliud Gal. agat. deriuationis nanq; loca non autem reuulsionis unicuiq; affectæ parti inuenire hic inquirit, coniecturæ satis esse poterat, quod uno ab hoc sequente capite loca reuulsionis definit, maiori tamen argumento est eorum quæ hoc libro dicuntur narratio. Sic eos affectus qui supra collum sunt per humeralem, siue externam uenam euacuat, eos qui in inferioribus per poplitē aut malleolū. At qui medijs locis per cubiti uenā internā. Quare hoc rursum intēto fine in renū inflāmationibus, magis uteri ac uesicæ, cubitū reiecit, deriuationis ergo quam reuulsionis munus eum magis hic considerasse certū est. nō diffiteor tamen in plurimis idē uas utraq; facultate præditū, sed nō in omnibus, nō enim in inferiorum locorū affectibus ac in pleuritide

dissident, uonnunquam etiam in capitalibus morbis, quod si quis in lateralibus neget, quia Galenus oppositæ uenæ incisionem, uel parũ uel tarde conferentem dixit, iã hũc ab inferioribus passionibus reuulsurum multo magis Galenus a cubito dehortari, debuit, qui non solum cubitnm insectũ his nihil conferre dixit, sed uehementer nocere. Verum uidebitur alicui dissimilis esse illatio, quod Gale. cubito tandem ab his reuellendi potestatem concessit, in pleuriticis uero tacuit, nusquam resumpsit, ergo nulla reuulsione dotatum oppositum brachium intellexit, improba profecto coniecturatio, nam neq; in hoc libro oppositi cruris meminit, nunquid igitur ob hoc contempsit? aut decimo tertio therap. id male prædicauit. Si uero præterea aliquis id in solo latere damnarit, quod neque in eo, neque alio libro id commendauit hic simplex nedum indoctus apparet, qui quod Galenus uniuersaliter dixit, particulariter non collegit. Num Galenus frustra toties admonuit ac a dextra in sinistram, & econuerso reuulsionem præcepit?

Verum quia scrupulosus aliquis omnia suppleri, in omnibus, sibi causam reddi anxie desyderet, ob eam arbitror subticuit, quod in his quam in aliꝫ medicos minus hesitaturos Galenus male coniecerat. Ne ego tamen quicquã dissimulem, is aliquando me mouit capite de reuulsione, ubi inquit. Remedia reuulsiora sunt incumbente in pectus, aut uentrem humore ad manus retractio. Sed non statim sequitur, in dextrum brachium reuellendum esse, quod in dextrum latus brachiumq; decurrit, si id quod in uentrem pectusque irruit ad manus retrahi uoluit, diuersa enim illorum conditio, atque alioqui inconstantissima res esset, statim postea id quod in dextrũ it, ad sinistrum reuellendum esse monere, putoq; quod hunc ipsi locum ultro præterierunt quod eneruem, nec satis eo posse urgere duxerunt. Vno ergo euolutos uinculo altero quo nos captare putant expediamus. Galenus in libro de phlebotomia omnem eam quæ e directo nõ fit reuulsionem damnasse asserunt. quia is igitur locus anceps uidetur adscribatur, hoc enim modo significatus eius facilius distinguemus, sic habet. Quibuscunque eruptio sanguinis secundum rectum accidit, summum id commodum laborantibus adfert, quibus uero contra euenit, nihil iuuat, aut etiam interdum nocet, quod uires scilicet citra morbi leuamen deiꝫciat, atque exoluat, non enim in liene turgente ex dextra nare erumpens sanguis, nec in iecore, ex sinistra

ullam fert

ullam fert utilitatem. At neque hactenus nobiscum aliquo modo pugnat, non enim ex hac sanguinis eruptione tãquam reuulsorio, sed indicatorio auxilio ducit, quomodo & a medico iuxta naturam iusta fiat euacuatio, Atq; id omnibus clarum puto, ueruntamen quia in his (quod ante diximus) reuulsio cum deriuatioue aliquando incidit de reuulsione memoratarum partium aliquid obiter subijcit, mutilus tamen is sequens locus est, ac per interpretis coniecturam hoc modo restitutus, sed reuulsio quibus indirectum adhibetur euidentem utilitatem celeriter ostendit, quibus contra haud etiam, tota ea pars, sed reuulsio quibns in directum adhibetur euidentem utitatem adscititia est, & ab interprete adsumpta, quem locum si ita suppleremus, sed & reuulsio in sanguinis eruptionibus quibus in directum adhibetur euidentem utilitatem, proximius nostra coniectura ad Galeni mẽtẽ fortasse accederet, nõ tã abrupta esset aduersatiuæ coniunctionis causatio. Quorsum enim spectabat commodas earum partium reuulsiones causari ad inferendas utiliter factas deriuationes. Secundo hic ita sermo illum qui posterior est de reuulsione per sanguinis missionẽ magis imitari uideretur, quia enim ibi in sanguinis eruptionibus adiectum est, hic similiter desiderari apparet. quod quisquis optimus est coniectator facile mecum pensabit.
Atque ita commodius eius quod sequitur hærebit illatio, quæ talis est. Dextra igitur nare sanguis erumpens ad dextrum hypocondrium fixa cucurbitula clare celeriterque sistitur, sicut ad sinistrum ex sinistra erumpens, porro reuulsionis causa si uenam seces indirecte quidem oppositis sanguinis eruptionibus, citissime conspicuam uidebis utilitatem. at si tontra seces nihil profuerit. Legat igitur unusque ut uelit, siue ut nos suppleuimus, siue ut interpres, uniuersaliter tamen Galenum omnem per transuersum, reuulsionem dãnasse nõ inueniet, sed in prædictis dumtaxat affectibus, nempe sanguinis his profluuijs, aut certe in reuulsione per cucurbitam quã phlebotomiam magis fecisse uidebitur, qui de hac locutus in sanguinis eruptionibus, finitionẽ adiecit. Nũc ergo ipsi, ꝙ nos hoc loco magis cõfundentur, qui dextra cucurbita a sinistra reuellunt, sed de phlebotomia non concedunt. Atq; amplius Galenus a seipso dissidebit, qui crus oppositum scarificat, qui nunc hic, nunc illic a dextra ad sinistram retrahit. Quicquid sit, hactenus obiter, ut diximus, & præter propositum ad reuulsionem digressus, nunc quo cœpit, redit

 dicens.

dicens. Sic liene affecto haud æque adiuuerit circa medium digitum sinistræ manus incisa uena, atq; si internam cubiti secueris. Multum enim iuuat aflictum lienem sanguinis ex sinistro brachio detractio. Præstat autem nō semel quantum cōueniat extraxisse, sed in duos dies id partiri satius est. inuenire tamen nequeo quam ob rem medici lienosis sanguinem detrahere neglexerunt. Siquidem ego ingentem perpetuo utilitatem prouenire conspexi, si uel libra duntaxat una detracta foret, uacuationis tamen mensura ex dictis scopis est conijcienda. Manifestum est his, quæ de uena circa mediū digitum & cubiti interna dixit, euacuantem a liene inquirere uenam potius quam reuellentem, quanuis ex accidenti utrunq; commode præstare potest. Idem patet ex detracti sanguinis quantitate ibidem annotata, multo magis Gale. id indicat, qui in duos dies detractionem partitur, non enim secundo, sed primo die magis reuellimus, non etiam in diuersas uices sortimur, unica absoluimus, non æque id liquet, cum eam detractionem, euacuationem, non autem reuulsionem appellat. Quid nunc de posterioribus dicam? ubi Gal. seruo ophthalmiam non quidem incipientem reuellit, sed post uigesimum diem ad humeralem deriuat. Quid dicam de uteri & inferiorum phlegmonis ubi postea non cubitum sed malleolum uel poplitem secat. Nonne igitur & in pleuriticis (quorū tractatio inter hæc omnia media agitur) aliud inuestigat? certe dū oppositā uenā aut parum aut tarde conferentem dixit, alterā ab hac intentatam insinuauit. ergo non eos carpsit, qui prius ualentem impetū huc retraherēt, deinde ipsam phlegmonē illuc deriuarēt, eos dūtaxat admonuit, qui ab opposita tantum sperarēt, ut alterā præterea deriuationē desyderari non putarent, hoc est, qui non reuellere, sed etiam deriuare istihac satis sibi persuaderent, uenarum affini continuitate decepti. Nec tales solū fuerunt tempore Galeni, sed ad nos usq; etiam durauerunt, qui ex opposito usq; ad sanguinis mutationēm detrahunt, non ergo reuulsionis sed euacuationis ab hac uena tulit fœlicitatē. simileq; illud ē, ac si deriuationis spectās scopū in priapismo uomitū parum conferre dixisset. An tamē hæc retractio tā segnis sit in pleuritide, q̄ uomitus in priapismo plurimi ambigent. Liberior aliquis huic cōparationi reclamare audebit, cū nonnullis (ut aliquis dicet) tantam attulit aliquādo alleuiationem, ut & alteram deriuationē non admodum

expe

expeteret. & ne omnino ad hāc uenā phlegmonē secundā negēt, nōne talē aliqd Gal. de oppositi cruris scarificatione testatus ē dicens, ac plærūq; post hæc præsidia glandularū desinit phlegmone, fortassis ob hanc igitur causam Gal. nō simpliciter inutilē dixit, sed an expectabilē potius q̄ paruā afferat utilitatē dubitare tutius putauit, q̄uis neq; Petrus Brissotus, neq; Leonardus de ea pessime sentire formidāt. Quod uero pertinet ad locū eū qui ex præsagijs excerptus est. melius fecissent, si nūq̄ adduxissent. nam quemadmodū quādo Cor. Celsum allegauerunt, ita hinc quoq; dum Galenū ascribunt eorū (quibus ipsos cōficiamus) deprehendēdorū nobis dederunt occasiionem. Nonne Gal. hic ubi secari eiusdē brachij uenam dixisset expediens, subijcit præsertim ad emissionem quid aliud hic fecit, q̄ reuulsionem a deriuatione se parauit, ita profecto mihi uidetur: uerū ego græca ijs respondētia nō uidi neq; inuenire potui, uos si habueritis uidete. Non nos igitur, sed illi falluntur, quod Gale. hoc loco & alijs deriuationis traditionem exemplaq; cū reuulsione cōfundentē non discriminauerint, siue quod eodem genere, siue eodē auersionis nomine conueniāt. Legant igitur, perlegant, relegant, & ut possunt inquirant, nihil in Galeno, nihil inuenient, in Hippo. quod uere nobis aduersetur probe scilicet intellectum. Vbi tamen si quid fortassis deprehendatur ambigue dictum, nonne statim illis licebit euertere, quod eorundē alibi authorum clara stabiliuit authoritas? firma tenuit uetustas? si ita uelint iam non solum in medicinis, sed in iure multorum, plurimorum. etiam in sacris litteris antiquam tollent ueritatem, quod nebulones aliquot magis insigniter temerarij, quam literati ausi sunt tentare, quibus contigit preter absurda, etiam nefanda dicere. Necessum est enim ut euidentissimis aperto ore ac impudente reclamet, qui semel parum probabilibus pertinaciter susceperit patrocinari, ita Petro Brissoto ac Leonardo hominibus quanquā doctissimis euenit, qui ubi plurima, quibus redargui satis poterant, male peruerterunt in manifestissimos tandem errores non incidere. non potuerūt ut sola consequentium absurditate propositi liceat arguere falsitatē, nā ne distantiorem uenam ad reuellendum potiorem usque cogantur admittere, in renibus uix cubitum recipiunt, in uteri passionibus contemnunt, nisi ipsius forte profluuio, at in crure affecto multo magis refugiunt,

mirum

mirum profecto quorsum hoẽs uel eruditissimos trahit pertinacia, siquidem Ga. quũ nunc dextrum, nunc sinistrum cubitũ incidi praecipiat, iuxta partiũ ipsius uteri affectarum discriminationem, satis de phlegmonis eius non solum profluuijs se loquutum indicat. Idemq; si in his conueniat, quare non in illis? eadem profecto ratio, hoc tantum differunt, quod hic euidens effluuium, ibi uero occultum, nusq̃ tamen obscurum. Sed quid haec affero? nonne Gal. in reuellendis uteri phlegmonis cubitum tantam habere uim dicit, ut praeterea menses citare possit, & ob id deriuatione ad poplitem recurrit, de crure quid poterat dicere clarius, quam cubitum in eius inflammationibus secare. At ipsi in his omnibus eam, quae in crure est, ut proximiorem uenam tundunt, frustra ergo quaeram, si in capitis affectibus, uertigine, aut epilepsia Gal. malleolum incidentem aut poplitem laudent. cum ergo & in his aduersus Galenum dixerunt, adeo manifeste a ueritate lapsi sunt. Iam suis commentationibus fidem posthac abdicauerunt, & ut in pleuriticis illos male errasse credamus, maiorem nobis audaciam fecerunt, cuius alterum efficacissimum est signum, quod dum ita contendunt, in plurima impingunt, nec unum de reuulsione praeceptum integrum seruare possunt. Alterũ ex aequo pregnans est, quod dum contra dicimus omnia contra nobis quam his accidunt, nusq̃ offendimus, omnia ultro se nobis accõmodant, omnia omnibus cõsonant, ac mirifice uidebitis attestari. Ita admonere uidetur Galeni de longinquo, & maxime longinquo praeceptio. alia etiam de reuulsione in lõginquum & contrarium Hippo. traditio, reuellentis purgationis atq; aliorum retrahentium auxiliorum ad imitationem ducunt exempla magis urget Ga. de reuulsione a dextro in sinistrum non infrequens designatio. proximius docet Cornelij Celsi authoritas, concordat eius quod ualenter irruit cum eo quod lente diuersa curatio, consistentis ac incipientis phlegmones remediorum uarietas, huc alludit oppositi cruris scarificatio, aliter non sinit loci motusq; contrarietas, cautum facit ducentorum illorum experimentorum infoelicitas, consequentium eoꝝ, q aliter conceperũt absurditas, approbat nũq̃ hactenus suspecta expiẽtia. uel igitur hic neoterici redarguendi non erant, uel certe non omnes tam acriter insimulandi, quia aliud non fecerunt quam Hippo. & Gal. in quamplurimis locis consuluerunt, quod si illi aliud in internis phlegmonis omnibus fieri uoluerunt q̃ in uniuersalibus totis docuerũt magis

magis damnanda erat illorum inconstans ambiguitas q̃ neotericorum scrupu losa timiditas. Quicquid tamen sit ego non tam audax decerno quam lubēs censuræ uestræ permitto, quos scio antiquæ ueritatis communisq; boni magis esse studiosos quã alicuius sectæ æmulos aut patronos. Nõ ego etiã hæc scripsi, ut meos diutius errores pertinaciter tutarer, aut alienos proderem, sed ut Gal. Hippocratisq; libros omni quantum huc spectat contrrdictione uindicarem. Non indignabitur igitur posthac Petrus Brissotus, non ægre feret Leonardus, non arguent illorum sequaces, si malui ueritati patrocinari, quam illis conniuere, ea enim solet esse omnium eruditorum erga studiosos beneuolentia, ut malunt suos errores palam fieri q̃ ueritatem pessum ire, honestissima quandoquidem hæc est contentio atq; omnibus concessa, cuius licentiam ac petulantiam si quis tollat aut etiam rogat non dubium quin is (si potest) omnem totius philosophiæ breuiter ueritatem decoremq; auferet hoc ergo (suspicor) aliquis tantum redarguet, quod immodestius ac q̃ cũ eruditis par erat iniquius contendimus. At uel hoc iuuenilibus animis (qui temerarij ac inoportuni esse solent) condonandum puto atq; elenchorum decoro.

Certe si quid hic peccatum sit hoc q̃ illud magis in causa fuit, quum optima semper mihi de hisce optimis uiris ac literatissimis fuit opinio. adeo me ad illorũ fastigium posse aspirare persuasi nunq̃, quõ ergo, illorum gloriæ, eruditiõi detrahere uoluissem. certe si uellem non possem tantum (qualiacunque hæc sunt illorum monumenta) præ se ferunt literarum specimen.

HIEREMIAS

THRIVERVS, DE RATIONE VICTVS, AB ARTICVLARIbus morbis uindicantis, ad Reuerendum in Christo patrem, Dominum Godofridum Brachelium, Abbatem Aenamum, dignissimum ac uirum religiosissimum.

E eo illubentius ad te Mœcenas optime de uictu arthritico scribo, quo si id faciam plura aduersus neotericos, plura multis inaudita, plura etiã difficulter tibi obeũda dicere cogar. Verumtamen cũ in rem tuam sit, ac tuæ unius sanitati magis tenear consulere q̃ multorum aliorum indignationem uereri, en habeas, ego aggredior a carnibus exorsus, quarum si familiares spectes, nullus fere tibi usus est, quamq̃ his potissimum caperis, non suillarum, non porcellorum, non caprarum, ouillarum uero iuuenibus non inutilis usus ẽ, at tibi senibusq; alijs, his præsertim morbis obnoxijs incõmodus, bubularũ uero esus nec tibi, nec alteri quidẽ utilis, nõne igitur hic statim audiã, q̃ medice uiuit, misere uiuit? certe si morbo teneri, medice uiuere sit, miserrimum. Verum si instante & quod amplius est occupante uindicari sit, quid fœlicius? Hoc tamen sciebam quam non solum tibi, sed & multis alijs hæc essent inaudita ac nõ paucis ridicula, quorum tale mihi uidetur scomma quale Quinti, qui dum interrogaretur quam uim unctio haberet, uestis submouendæ (inquit) ac rursum colores urinarum ad pictores, non autem medicos spectare dixit, quemadmodum alij calidum ac frigidum balnearum dicunt nomina, nec quicquam ad medicum pertinentia. Ita profecto & hæc illorum obiectio mihi uidetur scurrilior ac etiam ineptior, quam cui respondeatur. nam si uictus is scrupulosus sit, non tamen superstitiosus, si anxius, non est contemnẽnendus negligendusue, si tenuis non afficit, si exquisitus non est molestus, si misera sit ualetudo, si miseri sint quibus præscribitur, miseros non reddit ab omni tantum miseria curat, fateor tamen his qui sani sunt non exigitur tam exquisitus, tam anxius, multo etiam his liberior qui optimam sortiti sũt naturã. an hoc tamẽ a Cor. Cel. bene dictũ sit, sanũ nullis obligari legibus, nullũ cibi genus debere uitare, an hoc quoq; tam uerũ sit q̃ uulgatum, omnia salubria sanis esse, ego nõ ambigo, quãdo q̃dẽ Galen. & optime natu

F ræ

ræ uictũ discriminat, tãtũ abẽ ut quenq; sanũ sine discrimine uiuere pmittat, quis ipse nõ secus q̃ Hipp. ad insueta aliquãdo mutari moneat, hoc tamẽ ueꝝ ẽ, nequaq̃ optimã naturã multis egere legibus, ex se enim ad optima tãtũ ducitur, quemadmodum nec studiosus aliquis in ciuitate legum multitudinem desiderat, sua sibi uirtus satis est, neq; rursus charitas ullam legem habet, pone tamẽ omnia salubria sanis sint, optime seqtur ꝗ lex alia alijs. nõ igitur tã sumus inhumani, ut omniũ carniũ tibi usum adimamus. Imo ut luxuriosæ alioꝝ cõsuetudini aliqd cõcedamus, pdices, attagenas, merulas, turdos, sturnos, ac alias mõtanas aues, agrestes, quæ extra paludes, flumina, stagna degũt, gregales colũbos q in turribns nidificãt, passerculos (pyrgitas græci uocãt) gallinas, gallinaceos q in corte aluntur pmitto, quascunq; uero uolucres caupões in urbibus cõclusas habẽt, ac humido copiosoq; nutrimẽto inpinguãt nõ cõcedo. Gallinaꝝ uero pullos ac etiã coturnices, arthriticã occulte puocare, ẽ multis deprehẽsũ. Nũqd igitur ex me exiges ut ex familiarioribus aliqd tibi cõcedã. Ego certe mihi uideor fuisse plus satis liberalis, scio tamẽ cõtẽti nõ eritis nisi hedinas pmisero. Coactus igitur illas admitto, mõ exiguus eaꝝ sit usus ac modice salsaꝝ potius q̃ recẽtiũ. Syluestres, ceruos, lepores, cuniculos, & si qd aliud, uehemẽter dãno, quãtũ tamẽ a recẽtioribus hic cõmendẽtur nõ ignoro. Ego rursum nõ laudo, q̃uis enim excremẽtis careãt, constantẽ succũ faciãt, atq; (ut illos cõmẽtãtes forte erit audire) facultatẽ stipticã habeãt, difficile tamẽ naturæ qddã præstãt, crassũ succũ, ac melãcholicũ gignũt, q senibus omnibus summo malo ẽ, qđ obstructiões pariat, ad quas oẽs estis opportunissimi, pfecto si cõueniãt, nequaq̃ ut illi tradiderũt, qa lẽtã digestionẽ obtineãt, sed cõtrariũ qa urinã aliquot hoꝝ puocãt. De piscibus nihil oportet ingrere, quoniã incõmoda uobis illoꝝ caro ẽ, qđ et tẽpamento uestro maiorẽ excessum pmoueãt, excremẽtis corpus inficiãt, si qd tamẽ ex his mẽsa tua p uictus pfessionẽ capiat, saxatiles, aut marinos potius q̃ fluuiales, squamosos, cæteri oẽs, præsertim q in lacubus degũt grauissimo malo sũt, ꝗ omnis uictus rõ caputq; in hoc spectat, ut excremẽtosus nõ sit, nõ frigidus, nõ obstruẽs. quare mirari illos subit, q carpiões hic cõferre dicũt, neq; excremẽtitij tãtũ sed plane cœnosi. Fructus oẽs poma, pyra nõ innoxia sũt, ꝗ serosũ sanguinẽ reddãt, saltẽ nõ nisi fragilis, ac redolẽtis pomi, pyriq; partẽ aliquam in prima potius mẽsa q̃ tertia, ac rursum assã potius q̃ crudã gustare licebit, multo magis pruna, aut ex muria oliuas, at ex pisis fabis decocta ex se hũc morbũ generare

possunt

possunt, tantũ abest ut hic cõueniat. Addo q̃d et senij tui tẽpamẽto nõ parũ incõmodi adferũt. Atq; hac de cã ex blito lapatho, atriplice, lactuca magis ꝓbo, ex caulibus multi laudãt, nec improbo. Rasis tamẽ rõem, q̃ sãguinẽ inspissẽt, nõ recipio. Ego etiã ex rapis bis coctis, adiecto præsertim pipere rhutæ paulo ac gingibere nõ uehemẽter uitupero. Caseũ ne recẽtẽ q̃dẽ admittas, nec minus hic q̃ in cauliũ approbatiõe Rases ẽ deceptus, nõ etiã cydonia laudo at cõtra q̃ neoterici oẽ id q̃d stipticũ ẽ, nec solos fructus dissuadeo, loco hoꝵ haustũ cereuisiæ adijcias, aut aquæ frigidæ paululũ, ac q̃cq̃d ẽ, deorsũ cogas, præsertim si utcũq; uẽtriculus priori uino incaluerit, frigida etiã manus ablui laudarẽ nisi articulis obfuturã timerẽ, calida igitur. Post hæc omnino aut honesta aliqua recreatio, aut cũ uiro humaniss. Domino Antonio Coio, q̃ tibi a secretis ẽ, uel cũ Domino Oliuero utrisq; cognato homine ꝑfecto lepidissimo iucũda excipiat cõfabulatio. Atq; his iã prãdium clausimus. Dũ in mẽtẽ mihi uenit tibi caninũ prandiũ præscripsisse, tẽpestiuũ ergo ẽ ad potũ trãsire, is ut inter cẽs cõuenit uinũ sit, ueꝵ albũ an rubrũ, nõ æque. Neoterici q̃dẽ nõ solis arthriticis, sed & calculosis nigrũ plus laudãt, habẽt enim in cibo, & in potu hũc summũ scopũ, ut nihil penetrãs, nihil ꝓuocatiuũ sit, ne q̃cq̃ ad partẽ imbecillã rapiatur. nõ lubenter ergo cũ Gal. facerẽt, q̃ in calculosoꝵ uino betonicam & cestrũ, uulgo saxifragã uocãt, inijcere est ausus, in podagricoꝵ uero uino q̃uis ex se ꝓuocatiuo petroselinum, mirum si nutrimentũ auertere etiam non studeant, ueq; scio si excrementa quæ uel ab alimẽto relinquũtur, uel alioqui in his corporibus quotidie colliguntur retineri uelint, si retineãtur, nihil impediet, cur minus ad affectum locum tanq̃ affici solitum demum rapientur? credo igitur retineri nolint, sed aut alternis diebus, aut tertio quoq; die pilulis quibusdam collectum expurgabunt, quod uideo plurimos in senibus hoc pacto, aut alio inbecillis facere. At Galenus nec omni mense id fieri admittit, non etiam omni hebdomadæ, tantum abest, ut tertio quoq; die, uerum neq; ego parum noxium puto, quando & negotiosum est, & præterea iuxta Galenum præter id quod nocebit, corpora etiam in malam trahet consuetudinem. Ego præterea hoc modo arbitror assuetis corporibus plurimos dies detrahi, malũ facilius repetere, & quanq̃ ea contingat alleuiari citius longe consenescere. Corn. Cel. tã frequentes purgatiões corpus suo alimẽto frustrari asseuerat, atq; ipso tacẽte multis rõibus licet arguere præ-

sentibus euidēter fortunis ostēdere, in sanis tamē id uitiū non tam clare dete gitur, quod eiusmodi errorem delicata duntaxat corpora subeunt, quæ aut se gni quiete, aut immodica crapula corpus satis obesum præstāt. At in ægris id liquidissime liquet, facileq; omniū exponam memoriæ. Quis nō uidit cōplures in leues aliquot, sed tamen contumaces utcunq; morbos incidētes, atq; multis medicamentis excranificatos, tādē adeo exaruisse, ut nullo his mo do succuri posset, alius pedibus, alius manibus plurimi. toto corpore resoluti sūt, omnibus fere uitā fluxus finijt, euētū uulgares medici non intelligunt, & ob id alij suppuratione, alij phtisi (& si nulla ante fuit destillationis suspicio) alij hectica (licet nulla ante euidens febris fuerit, & corpus pitui torum esset) alij rursum marasmo ægrum consumptum post mortem frustra coniecturātur. Si me uelint audire q̄ plures medicamētis extenuati, & q ante obesi, emaciati, tādē confecti, per atrophiā crudeliter uitā finierunt, quod uel imperitos ipsos homines adeo conqueri uulgo audimus, multo profe cto uerius, q̄ illi mortis causam cōiecturantes. Nec aliud admonet Hippo. q & sanos & uitioso succo inquinatos medicamētis cito perhibet exolui. Poti us ergo Gal. mihi facere uidetur, q tenue uinū ad id excogitauit ac inuenit, & ut ego cū nostra cōsuetudine cōferam gallicanis rhenēsia magis probo, q̄ uis interim alterius cū alijs fuerim sentētiæ. quod si fortiora, aquā limpidā accipiāt. his scilicet excrementa per urinas quotidie prouocabis, & natiuum corpusculi tui calorē iusto mō promouebis, quorū utroq; senes maxime q his affectibus inuadi cōsueuerūt, egent, hoc autē præstāt, quia pallida ac flaua. Illud uero quia tenuia, neq; Mnestheus aliud illos docere uidetur, qui tria genera esse uini, scribit, igrum, album, giluum, nouum, uetus, medium. nigrum efficere uires, albū urinam, mediū concoctionem, nouum refrigerare, uetus calfacere, mediū uero esse prandiū caninū, si tamen & rubra quædā (ut sunt) hanc habeāt uirtutē non laboro, colorē non specto. Sed hoc dico nihil horū, sed potius contrariū neotericos in uinis desyderare, cuius hoc est euidentissimū argumētū, qđ dū uires uel ex se dilutas, ł nō admodū magnas reprimere uellēt, nō elemētari aqua sed quæ calibē intinctā accepisset. id faci ūt, unde nō solū hoc petūt cuius segnis est deductio, sed etiā cuius lētus est calor. Verū in hoc minor illorū error, q̄uis nec id Gal. tā uereatur, quin illorū uinis rhutā ac piper immiscere audeat. quod si qs mihi non credat,

Galenum

Galenũ libro quinto de sanitate tuenda uideat, qui præter multa ibidem alia uinum albũ, quod parũ aquæ tolerat audacter his exhibet. In paroxismo tamen oẽ fere uinũ cũ his uito. At neq; uel extra hunc in corpore uehmenter impuro laudo. hoc enim preuia æget purgatione, ne aliquid ex his quæ cumulata sunt in corpus altius rapiatur, ac precociter malũ promoueatur, nõ etiam in corpore extenuato audeo, nec præterea qđ caput uehementer tẽtet usquã propino, in mediocribus & cõmunibus utrinq; sermonem finio. Hæc de prãdio. Cœnæ nero eadẽirõ ẽ, nec alio q̃ quãtitate dissidet maiore. His exẽptis, qui morbis nocturnis affliguntur catarris & alijs, nã his cæna omnino modica, tenuis, sicca, ac præter aliorũ morem, noctẽ preueniẽs, nimirũ tũ optime se habet concoctio, quando natura ab omnibus alijs munijs, præsertim morbis libera ẽ, sic enim cõtractis copijs in unũ colligitur, nec aliud, ad quod quasi cõniuentibus oculis respicere debeat, est reliquũ. Tolle itaq; cum his simul cõsuetudinẽ, q̃ ita uixerũt, in alijs quidẽ omnibus plenior cæna salubrior est, q̃uis neoterici oẽs male contendãt contrariũ, atq; hactenus ꝑsuaserũt. primũ propter noctis accedentẽ frigiditatẽ, quæ nõ solũ plus cõcoquit, sed etiã req̃rit, alioq̃ corpus absumit, indicio regiões, anni cõditiões. Secũdo ꝑpter somni uicissitudinẽ, q̃ nõ solũ ualẽtius, sed & copiosius cõcoq̃t. infamis ergo illorũ ẽ excusatio, q̃ ieiunijs absolui uolũt, q̃ breuior ab his succedit sõnus nã hoc scire debẽt, multo breuiore abstinẽtiã q̃ crapulã egere. Imo ꝓlixus inediæ, q̃ satietati magis noxius est. Si uero aliq̃s nõ illiteratus tãtũ, sed et medicus, pleniorẽ cenã ut uideo dãnet q̃a pleno uẽtre ingrata sit q̃es. is nec medicus nebõ mihi uidetur, qui queadmodũ in brutis atq; inertibus animalibus nullã aliã q̃ uorãdi ac obdormiẽdi uicissitudinẽ ponit, nec inter cœnã & somnũ quicq̃ intermittit, cũ hoc antiq̃ssimũ sit medcorũ præceptũ, ut aut hora aut amplius intersit. Neq; rursum in cœna frugalis aliq̃s, de quo noster sermo est tã gulose multa ingerit, ut crepat uel uix spiret tãtũ quod in prãdio minus fuit in cœna adijcit, in quo tamẽ si quod peccatũ accesserit, in cœna q̃ in prãdio melius fertur, quod secũdus ibi somnus, q̃ hic uigilia facilius superet, corrigat. In somno enim natura intus habitat, & his quæ intus sunt, solis uacat. Interdiu uero ad aliena foras negotia protrahitur, nec redire, nec his quæ intus sunt eminus prospicere potest, quo mõ illud se habet Gal. uigilias amplius digerere, somnũ uero amplius cõcoquere, cuius duplex est argumẽtum, alterũ quod uel cœna plenissima pleniorẽ somnũ adhibemus, ac etiã a prãdio

præter consuetudinē immodico, aliquē præter morē iniūgimus, atq; hinc hoc saltē incōmodi accidit, si nō aliud qđ noctē in diē uertimus, totiusq; reliquæ diei partis iacturā facimus, munia intercipimus. at melius est noctis q̄ diei frustrari operā, facere iacturā. Aliud argumētum est quod uel corpus ad oēm laborem eo die ineptū, ac flaccidius redditū, sōnū sibi præscribat, ac ultro acclinet. hinc lōga illa distillationum series, grauedinū ac raucedinū diuersa progenies. Iā ergo nō solū p sōnū unius diei operā frustramur, sed p morbos totius pene uitæ facimus incōmodū. At aliqs obsistet, & ne pleniore a prādio uentre decubitū addmitat uim sibi faciet, nec minus ad solita importune se trāsferet negotia. atq; is qdē in catarros nō incidet, sed iuxta Ga. grauissimos aliquot tādē morbos incurret, ac rarissime ad iustā senectutē pueniet. Iā ergo tertia quasi corrollariū quoddā, accessit cā, ex debitis diei munijs. Idē etiā in studiosis periculū est, ne corporis torpor molesq; animū impediat, aut certe sibi similē reddat. Quarta rō sumitur ex maiori tēporis interuallo. rara ē corporis potētia, quæ liberale prādiū spatio uel quinq; uel sex horarū, qđ fere inter prādiū et cœnā interest, cōficere possit, nisi eū dicas q struthiochameli habet uētriculū. Si uero nec uacuo, nec appetēti ingeras, preter naturā scilicet dicēte Hip. aut morbū facis, aut fomētū paras. uides quāta ex pleniori prādio incōmoda. Si quis uero cōtra nos uelit cōmunē hominū cōsuetudinē assumere. Is qdē talē esse poterit dicere, sed bonā nō ualebit ducere, q̄nimo incōmode potius, q̄ cōmode aliqd cōtra se ducere putabitur, nisi enim plurima in hominū uictu essēt peccata. quare qsq; ante suū diē occideret, uix media pars mediū terminū exigeret, alia diæta, alia uita, prorsus neglecta ē quæ quōdā fuit uiuēdi ratio, adeo deleta ut ne inuestigare qdē detur. aut si qs inuestigatā ac reptā subire tētet, tāq̄ sui corporis frustra studiosus ridiculus erit, nedū alijs nō psuadebit, uidetur tamē nescio qd simile huic sētētiæ arguere, sed obscure omniū cōsuetudo q in cœnā ualētius alimētū differūt, ac assa apponūt, quæ copiosius, & ualētius prebēt nutrimētū. uerū cū incōstās sit ac ignara hominū cōsuetudo, nrām ea sētētiā roborare nō laboro, nec medicū q p eā nostrā opinionē infringere uellet curo, præsertim cū nō plus cōmodi q̄ incōmodi eā præstare docere pōt. Ac etiā is multo amplius laudare debebit cōtra sua ac aliorū medicorū decreta præposterū uiuēdi ordinē. Is enim apud oēs inoleuit, ut difficillimū qđ q; latrāti stomacho quasi offā Cerbero

obijciat

obijciāt. Cereuisiā uino, tenue potētiori mēsis præferāt, q̄uis neq; sacris id uisū est literis indignū meminisse, oēm hominē in principio bonū uinū appo nere. Quod tamē salsa prior mēsa sibi uēdicauit, nequaq̄ iniqua olim uidetur cōsuluisse ratio, quippe qđ usui erat ab his uētrē irritari. postea uero q̄ hoiēs sine discrimine more brutorū obiectis caperētur, alij uictus luxuriā, alij aua ritiā amarint, rectā uiuēdi rationē neglexerūt, qdā nesciuerūt, qdā scire nō curauerūt. quare tādē factū est, ut proba ātiquorū inuētio p ignorātiā omni bus absq; scrupulo cederet in detrimētū. Iā ergo preter quātitatē & qualita tē uictus, etiā ordinem tibi mōstrauimus. Supest aliqd de corporis docere ex xercitio, quādo nec id nobis omittēdū, nec uobis negligēdū. ualēs nullū exer citiū est obeūdū, frictionessiccæ quæ et p linteū, et p solas manus obeūtur sufficiūt. nā ne dolores, q certa periodo redeūt qbusdā ptibus fiāt, nō parua ex huiuisdi frictiōe cautio est, si nō multo ante accessionē tēpore, eaq; ieiuno adhibita sit, firmātur enim hæ partes, & cōsuetas fluxiōes minus admittūt. Mesues etiā ex sale administrat. equitare prohibeo, leniter tamē aliquādo in gredi, & alijs q plurimis modis iucūde dimoueri nō semp ueto. Hactenus ui- deor mihi ea quæ plus desyderare potuisses adscripsisse, nō multa omisisse, nō etiā admodā scrupulosa, aut difficile obeūda iniūxisse, mollis erit nimis, qui hæc obseruare cōtēpserit, nec suo partu indignus, præsertim qnādo ita uel nasci prohibebis, uel uix enatū extenuabis. qđ siquæ eius particula cōtu max nōdū cesserit, semel aut bis anno rebelles eius reliquias medicamēto pur gāte ante accessionem præcipita, qđ ut nihil desyderes, hoc adminitstretur mō. Imprimis diacatholicō, aut cassiæ fistulæ aliqd sume, mō recēs sit, uel qa et hæc neotericis suspecta sūt, ex ficubus ea quæ foris circuit pelle exutis, et cū cnico pari pōdere cōtusis accipe medicamētū, hoc mō eius qđ reliquū ē inci sio et expurgatio cōmodius excipet, parabitur aūt illa ex petroselini senicu li capparis, ellenij, asparagi radice, laudarem tamem cum neotericis, si in passularū fuisset parū macerata aceto, uuas passas, ficus, hysopū, betonicā ad dere potes casiæligneæ aut spicæ, nardi etiā aliqd. Neq; hæc statim, ubi ter uel quater biberis, more neotericorū negligēda, sed tātisper ppināda, donec præcocta omnia atq;, ad expulsionē matura, & corporis meatus, q hactenus cōniuerūt ad eductionē pateāt. tū enim l' cū his, l' etiā solis agarico, sena ute re ac polypodio. multi lacte asinino epoto laudāt elui, putātq; hoc mō ppetuū

malū

malum euasuros, nequaq̃ tamen, quod fere oblitus fueram monere, atq; alij ti bipossunt persuadere pilulis, quæ hieram pigram suscipiunt q̃uis uulgo ita fi at tibi utendũ, q̃a Gal. in senili corpore non fert, nõ prohibeo tamen, quo minus interim terebentinã deuores nucis põticæ magnitudine, aliquãdo dua rũ triũue, ubi uenter plures dies nihil reddit, nõ enim mõ aluum soluere citra noxã potest, sed & uiscera omnia, iecur, lien, renes, pulmonẽ abstergere, his tamen inquit Gal. uarie uti expedit, nec uno tantũ delectu unũ perpetuo ex hibere, assuefacta enim spatio natura uim eius contẽnet, ergo uariare uices eius medicamenti cũ alijs oportet, & nonnũq̃ quod ante diximus ex caricis medicamentum tentare. Interim uero aliud. Videant igitur quantũ usui il lis sit suarũ pilularũ annona in pixide asseruata, a qua nõ uno anno sed per petuo uita petitur, & si qua lippitudo oculos, aut crus aut brachiũ minima tẽ tat grauitas, si auditus grauior, uel si appetitus deiectior, aut minimum ullũ occupet aliud incõmodũ, statim ad hãc quasi Apollinis arã confugitur. Ego uero facilius iuxta Ouidium crederẽ Meleagro a fatali matris colo uitam pependisse, q̃ his hoc modo a pixide duci. at illud quidem fabulosum est, hoc uero erroneũ. Tu igitur his quos diximus modis magis obnitere, nã ut dixi, aut nasci prohibebis, aut præcociter, sed leniter fœtum tuum eijcies, quæ ge neratim tantum scripsi, ut quæ pro uaria corporis tui cognitione ac acciden tium diuersitate dispensanda intellexi, ad quod accommodatissimus tibi est tuus Paludanus uir literatissimus, & suarum rerum studiosissimus, nunc er go ualetudinem tuam ut debes cura, quãdo quo minus ualeas aut certe omni no non bene per te deinceps erit. Ego uero operam dedi, daboq; dum ui uam, ut semper ualeas optime.

Louanij ex officina Rutgeri Rescij, 3. nonas Martij
An. M. D. XXXII.
Sumptibus eiusdem, ac Bartholomei Grauij.